Conventi
D
6
359

N° 359 D. 6

Isti sunt fratres qui fuerunt ministri generales ordinis nostri
primus beatus Franciscus de Asisio.
2. fr. Helyas de valle spoletana.
3. fr. Johannes parens de Florentia.
4. fr. Albertus de Pisis.
5. fr. Aymo de Anglia.
6. fr. Crescentius de Asisio.
7. fr. Johannes de Parma.
8. fr. Bonaventura de Balneo regio cardinalis.
9. fr. Jeronimus de Esculo de Marchia summus pontifex.
10. fr. Bonagratia de Bononia.
11. fr. Arlottus de Prato pistoriensis diocesis
12. fr. Matheus de Aquasparta cardinalis.
13. fr. Raymundus de Marsilia absolutus.
14. fr. Johannes de Muro cardinalis de Marchia.
15. fr. Gonsalvus de Portugallia.
16. fr. Alexander de Alexandria de provincia Janue
17. fr. Michael de Cesena.
18 fr. Geraldus de provincia Aquitanie
19 fr. Fortanerius de provincia Aquitanie
20 fr. Marchus de Viterbio provincie romane
21 fr. Thomas de Frignano provincie Bononie
22 fr. Leonardus de Neapoli
23 fr. Ludovicus de Venetiis

Liber conventus sancte crucis de Flor. ord. minorum in quo continetur
Secundus et tertius sententiarum secundum diversos doctores et
Sex quolibeta.

N°. 386.

MSS

Conv. Soppr. D. 6. 359

Circa primam d. 2i libri sententiarum. Queritur utrum creatio sit possibilis. Et videtur quod non. Quia si aliquid est possibile, creatio est possibilis. sed hoc non est possibile, ergo etc. probatio minoris quia potentia dei non se extendit ad contraria primorum principiorum. ut quod omne non sit maius sua parte. vel de quolibet affirmatio vel negatio. de quorum numero est istud primum ex nichilo nichil fit. ut patet primo phisicorum. Item impossibile est infinitam distantiam pertransiri. sed si deus crearet transiret infinitam distantiam, que est inter nichil et aliquid. ergo etc. Item principalior est causa rei causa intrinseca quam extrinseca. sed sine extrinseca non potest res fieri. ergo magis requiritur causa intrinseca scilicet ipsa materia quam causa efficiens extrinseca sed ista requiritur ergo et illa. Contra. Genesis 1. In principio creavit deus celum et terram. Responsio. Dicendum quod in ista questione fuit error antiquorum philosophorum et theologorum. Fuit enim opinio eorum quod apud eos erat communis animi conceptio. ex nichilo nichil fit. plato tamen et aristoteles videntur mundi sensisse. nam philosophus deum dicit omnium creatorem. 1. celi et mundi. et 8. phisicorum et xi. methaphisice reducit omnia in unum primum motorem. credidit tamen celos et eorum motores et etiam elementa et generaliter principia omnium specierum que sunt de prima universi constitutione rerum adeo esse facta ab eterno. et hoc non ex aliquo materiali principio. Abayenatibus autem participantibus dixit res fieri ex iacenti materia per totum decursum universi. quod autem dicit primo phisicorum materiam esse ingenitam. et primo celi et mundi dicit idem de celo. propter hoc est quia dicit ipsum non esse factum ex materia iacenti. nec ex tempore. unde non invenitur ipsum expresse negasse quod noluit hoc esse ab eterno. Ubi autem deficit istorum philosophia succurrit nobis scriptura. et ratio manifesta. quod autem scriptura hoc dicatur satis patet cuilibet eam legere volenti. patet etiam ratione materie considerando primo causalitatem. secundo mutabilitatem. tertio naturalitatem. Respiciendo causalitatem sic videmus enim quod universum decurrit secundum ordinem causantis et causati. ita quod homo ab homine equus ab equo. et sic de aliis. ergo cum non sit abire in infinitum. necesse est stare in aliquo primo. primum autem non est factum a se ipso quia secundum Augustinum primo de trinitate nichil intelligitur causa sui nec natura permittit ut idem gignat se ipsum ut sit. ergo etc. Item 2o attendendo mutabilitatem patet. Illud enim mutabile est a se ipso. et per se stabiliri non potest. ergo est devenire ad aliquid immutabile quod est a se ipso non factum. sed omnia alia facta ab ipso. que non possunt fieri de ipso cum sit immutabile. ergo oportet quod fiant de nichilo. quia si essent de aliquo. illud esset mutabile. et sic esset idem quod prius. Item 3o in naturalitas hoc ostendit. videmus enim omnia entia non equaliter participare entitatem. similiter nec bonitatem. sed quedam magis et quedam minus. ergo habent bonitatem et entitatem participative. et non essentialiter. omne autem quod est per participationem est ab illo quod per essentiam. sicut patet 2o methaphisice. unde dicitur quod id quod est maxime ens et maxime verum est causa omnis entis et omnis veri. Item per hoc patet quod productio alicuius entis participati est non ex aliquo non ente. sed ex non ente tali. sicut homo et equus ex non homine et non equo. et albus ex non albo. sic ens simpliciter dictum et non genitum fit ex non ente simpliciter. Ad primum dicendum quod illud procedit ex falsa ymaginatione. quia illa distantia accipitur ac si essent duo termini reales inter quos esset infinita distantia. non autem sic est. sed hic est solum unus realis terminus. alius non est solum secundum rationem. et talis est minima distantia et non infinita. Ad 3. dicendum quod non est simile de causa intrinseca et extrinseca. quia causa extrinseca licet non sit necessaria in essendo rei. est tamen necessaria in fiendo rem. et ideo omnis quod procedat.

Secundo queritur utrum creatio sit eterna. et videtur quod sit eterna. quia quod semper est in suo principio et suo fine non potest incipere nec desinere. sed tempus est huiusmodi. cum semper sit in instanti quod est principium futuri et finis preteriti. Item non de novo incipit moveri. nisi per hoc quod movens vel motum aliter se habet nunc quam prius. sed deus non potest aliter se habere nunc quam prius. cum sit penitus immutabilis. nec causatum cum nullo modo se habeat prius. ergo non incepit. quod autem non incepit est eternum. ergo etc. Item deus aut est prius causato aut non. si non ergo causatum est eternum sicut deus. si deus est prius aut natura solum. et sic adhuc esset eternum. aut prius non solum natura sed et tempore. sed ubicumque est prius et posterius constituunt tempus. et sic tempus fuit semper. sed non fuit sine temporali. ergo etc. Item ubicumque potest esse corpus et non est ibi est vacuum. sed ubi est modo mundus non fuit semper sed potuit esse. ergo ibi erat vacuum. sed hoc est impossibile. ergo etc. Contra. Johannes 17. dicit xpistus clarifica me pater apud te met ipsum claritate quam habui antequam mundus fieret. ergo si xpistus habuit claritatem antequam mundus fieret. ergo non equaliter duravit cum deo. et per consequens non est eternus. Responsio. Dicendum quod error fuit communis omnium philosophorum quod mundus esset eternus. sicut patet per Augustinum. 10. de civitate dei. et in dictis eorum satis sonat hoc. ratio autem que eos movit. sicut habetur ab Augustino xi. de civitate. fuit prime cause actualitas et eius immutabilitas. actualitas fuit quia posuerunt omnem substantiam spiritualem non posse esse otiosam. sed esse semper in suo actu et operatione. operationem autem illius substantie debitam dixerunt movere corpus. ergo otiosa esset si corpus non moveret. et cum sit necesse primam causam esse eternam. necesse est quod ab eterno causavit mundum. ut haberet quod moveret. alioquin esset otiosa. fundamentum tamen istius rationis ponit 12. methaphisice. ubi accipit numerum intelligentiarum secundum numerum motuum celestium. volens eas esse otiosas nisi corpora moverent. Movit etiam immutabilitas. quia cum inter causam et effectum sit quedam relatio. et omnis relatio acquisita de novo alicui non fiat nisi per aliquam mutationem. si primus efficiens aliquando fecisset aliquando non. tunc accidisset ei aliqua mutatio quod est impossibile. fundamentum tamen istius rationis habetur 8. phisicorum. et Augustinus recitat 11. de civitate c. 4. Quidam tamen doctores dicunt philosophum non sensisse hoc. nec posuisse tamquam necessarium. sed tamquam probabile. moti hoc dicere ex tribus. primo quia tamen in 8. phisicorum et 1. celi et mundi premittit quasdam oppiniones. contra quas inducit suas rationes. 2o quia ubicumque loquitur de hac materia inducit testimonia antiquorum. quod non est demonstratoris. 3o quia expresse dicit 3. topicorum quod sunt quedam problemata de quibus rationes non habemus. ut utrum mundus sit eternus. Sed libros eius legenti aliter apparet. nam apponit huiusmodi dicta ipsorum et figmento silogismi sui ad propositum necessario affirmat. et hoc habet dicere suppositis aliquibus que si vera essent. omnino ita esset. sicut quod instans temporis semper est finis preteriti et initium futuri. unde isti idem doctores exponentes librum 8. dicunt hoc patet quod aristotelis intentio fuit demonstrare motum esse eternum. Istum autem errorem eludit sacra scriptura dicens solum deum esse eternum. et omnia alia ex tempore facta. sicut patet in multis locis. Ratio etiam hoc idem ostendit. Nam mundum esse eternum implicat repugnantiam intellectui. incongruentiam cause prime. et impossibilia nature. Repugnantiam intellectui scilicet contradictionem. scilicet quod est dare primum et non primum quod sic patet. omne quod fit cum factum est tunc primo est. sed non fiat successive sed in instanti. ergo cum mundus factus sit secundum eosdem cum factus fuit tunc primo fuit. ergo est accipere primum instans in quo factus fuit. sed si eternus esset non est dare primum. ergo est primum et non primum. et similia sunt de causis ordinatis et infinitate dierum. ex quibus sequitur multiplex contradictio. Item secundo est contra prime congruentiam. scilicet quod fecit mundum de necessitate. quia omne quod est quando est necesse est esse. et sic creare quando creat necesse est creare. sed si deus creavit ab eterno necesse fuit. quia non potest dare primum in quo non crearet. quia ante eternum non est dare. ergo etc. Item sequitur quod creatum adequatur in duratione creatori. et si non intensive tamen extensive. quod prime cause non congruit. Item sequitur impossibilia nature. quia infinitas animarum quam infinitum nullus de sententium potuit

ad primum dicendum quod illud ex nichilo nichil fit non est de illis primis principiis prout est notum quando ... ac totum ... sed solum est verum de agentibus creatis per contractam receptionem talium materia ... sed non de primo propter voluntatis ... est sigillatim agentis.

cunitate ñ ponendo maiora iconuenientia. s. uel unitatem
aiarum uel eam corruptionem q implicat multas absurditates.
Jte infinitas diuisionis accepte i actu. excepte an(te) uel non
excepte post. ¶ Ad p(rimu)m argum(entu)m i(n) (contrariu)m d(icendu)m q sic habet
4° phi(sicorum). prius et posterius i tempore accipiuntur s(ecundu)m prius et posterius
i motu. supposita aut(em) eternitate motus (con)clusio bona e(st). s3
q motus incepit io falsa e(st) illa regula. et q tales ponentes
eternitate(m) motus negant eternitate(m) temporis bene (con)ualet.
s3 ñ (con)tra nos. Ex(empl)um de circulo accepto i se e(st) (et) (con)si(mile). ¶ Ad
2m. d(icendu)m q procedit de agente p(er) motum. causato aut(em) non
e(st) motus. unde i causatione se habuit d(eu)s uniformiter ex parte sua
non. cum ñ haberet prius esse. s3 solum postea ¶ Ad 3m. d(icendu)m q
d(eu)s fuit prius mundo non solum na(tur)a. s3 (et) duratione. prius aut(em) et
posterius non (con)stituunt tempus. ñ sint i motu. unde prius quo
d(eu)s fuit an(te) mundum fuit prius eternitatis (et) ñ temporis.
¶ Ad 4m. d(icendu)m q non sufficit ad hoc uacuum. q(uod) ñ e(st). s3 o3 q sit
spatium. capax corporis. q(uod) non sit corpus. sic p3 i 4° phi(sicorum).
istud aut(em) spatium non erat. an(te) q(uam) fieret mundus. s3 fuit
f(a)c(tu)m cum ipso.

Tertio q(ueritu)r. utrum causato eidem rei sit (con)tinua. i(d est) q
(con)tinue (con)seruet. Et u(idetu)r q sic. io. q(ui)a p(ro)p(te)r mensura usq3
in apparet. s3 ñ bñ d(icitu)r usq3 in opp(osi)t(um). si usq3 m(un)i non (con)tinu-
auit sua operatio(n)e g° op(u)s sua (con)tinuat incessante. s3
illa op(er)o e(st) causato. (et)c. ¶ Jte cum (con)seruas effectum ñ aliter
(con)seruat. q(uam) (con)tinue faciendo. ex(empl)um ag(er) e(st). s(icut) sup(er) gen(esim) de corpore lumi-
noso p(er) quem producitur radii in aere. (et) ab eodem (con)seruatur.
ñ ñ (con)tinue faciendo. s3 planum e(st) q d(eu)s producit. (et) (con)seruat. g° (con)tinue
facit. ¶ Jte aui(cenna) 6. me(taphysi)ce. causatum eget datore sui esse. semper
(et) incessanter. q(uam) diu h(ab)et esse. g° (con)tinue dat esse ei. q(uam) diu e(st). (et)
sic (con)seruare. e(st) (con)tinue esse accipere. ¶ g° (con)seruatio p(re)suppo-
nit creatio(ne)m. (et) ñ e(con)t(ra)° nunc a(utem) sic e(st). q q(uan)do duo ita se h(ab)ent
q unu(m) p(re)supponit a(lteru)m. (et) ñ e(con)t(ra)° illa differunt. g° (et)c. ¶ P(re)t(ere)a
d(icitu)r q de r(ati)o(n)e creationis duo sunt. s. re(cepti)o si non de aliq(uo). (et) re(cepti)o
nunc p° fit. ñ de aliq(uo). na(m) p(ri)a (con)ditio ñ u(idetu)r esse p(er)fecta r(ati)o creati-
onis. q(ui)a phi(losoph)i (et) p(re)cipue aui(cenna). 6. me(taphysi)ce. uoluit mundum
c(re)ari de n(ihil)o. (et) t(ame)n non dicebat nunc p°. s3 ponebant esse et(er)-
nu(m). q ñ pot(est) stare cum ista (con)ditione nunc p°. (et) io illa
duo icluduntur i r(ati)o(n)e creationis. si q(ui)s aut(em) p(ri)ma (con)ditio(n)e lo-
quatur. m(od)o est oppo(siti)o ag(ustini). (et) aui(cenne). q non differat. s3 q(ui)a
res causata. q(uam) diu manet i esse. (con)tinue fit a creatore. q(ui)a p(ro)bat
aui(cenna) r(ati)o(n)e. aui(cenna) ia(m) allegata. Io. q. p(ro)p(te)r mens(uram). (et)c.
p(atet) h(oc). n(am) q d(icitu)r usq3 m(od)o. i(n)sinuat (con)tinuatio(ne)m p(re)cedentis op(er)is.
aliter. n. ut d(icitu)r. poss3 intelligi. si diceret (et) nunc op(er)atur.
q si ita dixiss3. ñ op(or)t(er)et ut op(er)is (con)tinuatio(ne)m reciperem.
s3 ñ sic dix(it). aliter. g° uoluit i(n)telligi q(uam) d(i)x(it) usq3 m(od)o.
ex illo. s. q(uod) (con)t(ra)a (con)ditit. ei g° p(ri)ma op(er)o sit p(er) causato.
(et) illa(m) usq3 m(od)o (con)tinuat. p3 sit s(e)c(un)d(u)m eu(m). q res (con)tinue
fiunt. ¶ Jte. aug(ustinus). actum 11. i illo uiuim(us) moue-
m(ur) (et) sum(us) cu(m). n. non possit i(n)telligi. q s(ecundu)m mo(tum). (et) m(od)o.
i illo sp(irit)ual(ite)r. o3 aliter intelligi. ñ potes dicere q sim(us) tale(m)
y(de)aliter. q(ui)a i fuim(us) ab et(er)no. (et) t(ame)n nos ñ uiuebam(us)
(et) mouebam(ur) i illo. relinqu(itu)r g°. q intelligat(ur) caus(a)lit(er).
s. q esse n(ost)r(u)m uiuere (et) moueri. d(icitu)r causari (et) (con)s(er)u(ar)i. Vn(de)
g°. q si d(eu)s s(u)btraheret op(us) suu(m) reb(us). ñ uiuerem(us) ñ essem(us)

¶ Jte a(utem) fiunt res a deo (con)tinue. a(utem) non. si non. g° ipso op(er)ante
desinente. manebit res. i esse sic manu(m) domus. s3 h(oc) falsum
e(st). q(ui)a statim o(mn)is na(tur)a decideret. si op(er)a(tione)m sua(m) d(eu)s reb(us) subtraheret
g° necesse e(st) q res (con)tinue fiat a deo. ¶ Jte pot(est) alia r(ati)o ad-
duci. q(ui)a si (con)seruatio addit ad(uc) sup(er) creatio(ne)m. aut e(st) s(ubstanti)a a(utem)
accidens. ñ s(ubstanti)a3. q(ui)a ñ m(ater)ia nec forma. q(ui)a nimis augmentaret(ur).
si uero accidens. tunc cum res possit intelligi circu(m)scripto p(er) in-
tellectu(m) o(mn)i accidente. poterit intelligi res esse. p(re)t(er) (con)seruatione(m) sui.
q e(st) i(m)po(ssibi)le. si aut(em) ñ addit habeo p(ro)positu(m). Restat g°
q (con)seruatio ñ addit ad(uc) reale. ad p(ri)us fieri rei. q(ui)a (con)tinuum
fi(eri). ex(empl)um de sigillo i(m)presso i aq(u)a. uel cera liquida. ¶ Si u(er)o lo-
quam(ur) s(ecundu)m (con)ditio(ne)m s(ecund)a(m). ipsi causationis. s. p(ro)ut creare d(icitu)r
nunc p° fieri re(m) de n(ihil)o. sic non pot(est) d(ici) res (con)tinue fieri. (et) sic
differt causatio (et) (con)seruatio. (et) isto 2° m(od)o accipitur co(mmun)it(er).
i(m)mo est oppo(siti)o i abiecto. (et) io d(icendu)m e(st) q s(ecundu)m q(uo)d ide(m) sunt
s(ed) si (sim)p(liciter) loq(ue)ndo ñ. ñ pot(est) dici res (con)tinue fi(eri). ¶ Ad a(rgumen)ta
p3 r(esp)o(nsi)o suis u(er)ius.

Quarto q(ueritu)r. utrum causato sit mutatio. ¶ R(espo)n(si)o. d(icendu)m q de
mutatione possum(us) loq(ui) dupl(icite)r. aut p(ro)p(ri)e. aut s(ecundu)m
q(ua)nda(m) similitudine(m). si p(ro)p(ri)e. causato non est mutatio. (et) r(ati)o huius
e(st). q(ui)a de r(ati)o(n)e mutationis e(st). q h(ab)eat aliq(uod) s(u)b(iectu)m manens.
q p(er) mutatione(m) aliter se h(ab)eat nunc q(uam) p(ri)us. sic p3 5. phi(sicorum).
h(oc) aut(em) causationi non (con)petit. Si aut(em) loquam(ur) s(ecundu)m similitu-
dine(m). sic d(icendu)m. q non solu(m) causato. s3 (et) adnichilatio. pot(est) dici
mutatio. na(m) sic mutatio p(ro)p(ri)e sumpta. e(st) de quoda(m) no(n)
ente. ad q(uo)da(m) ens. sic causato e(st) de non ente sim(pliciter). ad ens
simp(liciter). (et) e(con)t(ra)° e(st) de adnichilatione. sic a(utem) loquunt(ur) s(an)c(t)i. sic
p3 de dam(asceno). l. 1. c. 3. Vn(de) 5. phi(sicorum). distinguitur transmutatio
a(utem) t(er)mino transmutationis. (et) e(st) m(od)o de (con)q3. q(ue) req(ui)runt(ur) i o(mn)i
transmutatione. s3 i causatione nil e(st) transmutabile. (et) sic p3
q non uniuoce d(icitu)r causato esse mutatio. cu(m) phi(sic)a trans-
mutatione.

Quinto q(ueritu)r ut(rum) mutatio fiat i instanti. (et) ut q(uan)do
mag(is) a(r)t(ic)ul(u)s restringat(ur) ad mutatio(ne)m. q(ua) (con)q(ue)ratur
for(m)a s(ubstanti)al(is). Et u(idetu)r q sit i(n)stantanea. (et) ñ sub cessiue fit
q(ui)a i(m)po(ssibi)le e(st) duo (con)t(ra)ria esse sil(mul). s3 si for(m)a fieret s(u)bcessiue.
essent duo (con)t(ra)ria simul. p(ro)bo mi(norem). q(ui)a i tota transmutatione
e(st) s(u)b(iectu)m transmutationis. s(u)b t(er)mino aq(u)o. ut d(icit) phi(losophu)s 6. phi(sicorum).
q(ui)a q(uan)do (con)rumpit(ur). cu(m) corruptu(m) e(st). tunc p(ri)° ñ e(st). g° si g(e)n(erati)o fi-
at s(u)bcessiue. o3 q fiat sil(mul) cu(m) corruptione. q(ui)a g(e)n(erati)o e(st)
for(m)e acq(ui)sitio. g° (et)c. ¶ Jte int(er) (con)t(ra)dictoria ñ e(st) dare me-
diu(m). s3 si g(e)n(erati)o non sit i q(ui)a e(st) dare mediu(m) i(n)t(er) esse (et) ñ esse. p(ro)bo
mi(norem). q(ui)a i toto t(em)p(o)r(e) intermedio. non pot(est) dici q sit. ñ q ñ
sit. ut d(icitu)r 6. phi(sicorum). Vn(de) o(mn)e q fit q(ua)n(do) f(a)c(tu)m e(st) t(un)c p°
e(st). (et) si(mi)l(ite)r non pot(est) dici q non e(st) q(ui)a ia(m) aliq(ui)d m(od)o e(st). s(u)b for(m)a.
g° (et)c. ¶ Jte nil pot(est) acq(ui)ri p(er) successione(m) ñ q h(ab)et p(ar)te(m)
(et) p(ar)te(m). s3 for(m)a s(ubstanti)al(is) non h(ab)et p(ar)te(m) (et) p(ar)te(m). g° (et)c. ma(ior) p3. p(ro)bo
mi(norem). q(ui)a si h(ab)eret a(utem) p(er) se a(utem) p(er) accidens. non p(er) se q(ui)a ut d(icitu)r 6. phi(sicorum).
sola q(ua)ntitas e(st) p(er) se diuisibile. ñ p(er) accidens q(ui)a for(m)a s(ubstanti)al(is) p(re)ce-
dit o(mn)e accidens. 11. me(taphysi)ce. ¶ (Contr)a. 6. phi(sicorum). arguitur sic. o(mn)e q(uod)
mutat(ur) separat(ur) ab eo ex q(u)o mutat(ur). s3 non separat(ur) ab eo. ag(itur).
ñ q(ui)a sit inq(ui)ete. o(mn)e a(utem) q g(e)n(er)at(ur) mutat(ur). g° (et)c. ¶ R(espo)n(si)o.
d(icendu)m q h(ic) e(st) dup(lex) p(ositi)o. una e(st) ualde uulgata. (et) solemnis
q(ue) tal(is) e(st) dicens. q e(st) loq(ui) de g(e)n(erati)one dupl(icite)r. a(utem) r(ati)o(n)e sue
e(ssen)tie. a(utem) r(ati)o(n)e sui esse. s(ed) r(ati)o(n)e sue e(ssen)tie. d(icitu)r g(e)n(erati)o. forme

s(ubstanti)al(is) inductio i m(ateri)a p(ro)p(ri)a (et) disposita. q q(uide)m i(n)ductio fit
in q(ui)a (et) subito. eo q est finis alterationis. (et) io g(e)n(erati)o s(ecundu)m
e(ssen)tia(m). non e(st) mot(us). s3 solu(m) mutatio. (et) p(ro)p(ter)ea i(m)p(er)tibil(is).
s(i) u(er)o q(uod) g(e)n(erati)o (con)sid(er)etur r(ati)o(n)e sui esse. sic (con)p(re)hendit
m(od)o dispo(siti)o(ne)m (et) p(re)paratio(ne)m. (et) for(m)e inductio(ne)m. q(ui)a h(ec) non fiunt i
q(ui)a s3 subcessiue. (et) i t(em)p(o)r(e). io s(ecundu)m hanc uia(m) g(e)n(erati)o sortit(ur)
r(ati)o(ne)3 mot(us). (et) sic e(st) diuisibil(is) diuisione t(em)p(or)is. (et) h(ic) non ñ r(ati)o(n)e al-
terationis. (et) ad h(oc) mouet(ur) p(ro)p(ter) uerba. 5. phi(sicorum). ubi d(icitu)r q g(e)n(erati)o
non e(st) mot(us). (et) 3. ubi d(icit) q g(e)n(erati)o e(st) mot(us). (et) io m(od)o i eis e(st)
distinguendu(m). p(er) modu(m) p(re)d(i)c(tu)m esse (et) e(ssen)tie. (et) i(m)plicantis.
d(icitu)r q s(ubstanti)a non suscip(it) mag(is) (et) min(us). si a(utem) fieret for(m)a
i m(ateri)a s(u)bcessiue. ia(m) s(ubstanti)a reciperet mag(is) (et) min(us). s3 q(uam) uis utraq3
ista r(ati)o sit co(mmun)is non t(ame)n placet o(mn)ib(us). (et) r(ati)o q(ui)a ñ placuit
e(st) multip(lex). q(ua)rum una e(st) tal(is). phi(losophu)s. 2. phi(sicorum). (con)parat g(e)n(erati)ones (et)
corruptiones. ad i(n)uice(m) dicens. q g(e)n(erati)ones illo sunt eq(ue) uelo-
ces. q sunt i eod(em) t(em)p(o)r(e). (et) q(uo)rum g(e)n(er)ata sunt eade(m) sp(eci)e. g° si
g(e)n(erati)o fieret i q(ui)a ia(m) non i t(em)p(o)r(e). ¶ Jte (com)m(enta)tor s(upe)r p(ri)m(u)m 3 phi(sicorum).
d(icit) q mot(us) pot(est) dup(licite)r (con)sid(er)ari. q(ui)a uno m(od)o p(ro)ut ñ differt
a p(er)fectione ad q(uam) uadit. ñ s(ecundu)m mag(is) (et) min(us). (et) tunc e(st) de g(e)n(er)e
rei illi(us) ad q(ua)m uadit. q(ui)a mot(us) ut d(icit) non e(st) ñ g(e)n(erati)o p(ri)us
p(ost) p(ar)te(m). ei p(er)fectionis ad qua(m) uadit. ¶ Et io e(st) a(utem) p(ositi)o
quo d(icit). q g(e)n(erati)o fit subcessiue. q p(ro)bat g(e)n(erati)onis actual(is)
modus. tr(ans)mu(tatio)nis (et) g(e)n(erati)onis g(e)n(era)l(i)s. p(ri)° g(e)n(erati)onis t(ermi)n(us). q(ui)a g(e)n(erati)onis t(ermi)n(us)
non e(st) p(er) se m(ateri)a. ñ for(m)a. s3 tot(um) (con)positu(m). tot(um) (con)ponit g(e)n(er)at(ur).
ut d(icitu)r. n. me(taphysi)ce. g° cu(m) m(ateri)a non p(re)cedat in actu for(me). ñ (con)p(ro)-
let(ur) subito. s3 subcessiue. c(er)tu3 e(st) q acq(ui)sitio for(m)e q(uam) e(st) g(e)n(erati)o
fiat successiue. ¶ 2° g(e)n(erati)onis act(us) ide(m) p(ro)bat. q(ui)a g(e)n(erati)o
non e(st) a(liu)d q(uam) transmutatio. m(ater)ie phi(sic)e. de p(otenti)a ad actu3.
ñ. n. a(utem) fit ing(e)n(er)atione uel p(er) g(e)n(erati)one(m). q(uam) q m(ateri)a de p(otenti)a ad actu(m)
transmutat(ur). (et) h(ec) transmu(tatio) est e(ssen)tial(is) ipsi g(e)n(erati)oni. alio
q(uam) poss3 sine ipsa intelligi. q i(m)po(ssibi)le e(st). s3 illa non fit subi-
to. g° (et)c. ¶ Jte g(e)n(erati)onis motus cu(m) g(e)n(erati)o sic i t(er)(mi)na-
to. ut d(icitu)r 1. phi(sicorum). non fit g(e)n(erati)o uni(us) ñ p(er) corruptio(ne)m alteri(us).
tunc aut(em) g° sibi i(n)uice(m) succedunt. s. g(e)n(erati)o uni(us) (et) corruptio
alteri(us). c(er)ta m(od)o a(utem) sil(mul) fiunt. g° cu(m) (cor)rup(ti)o fiat successiue.
(et) g(e)n(erati)o fieret sil(mul). si non sibi succedunt. tunc falsa e(st) s(ente)n(ti)a
phi(losoph)i q corrup(ti)o uni(us) sit g(e)n(erati)o alteri(us). q(ui)a tal(is) p(re)dicatio ñ e(st)
p(er) causa(m). ñ e(st) formal(is). dicendo g(e)n(erati)o uni(us) (et)c. g° relinq(ui)t(ur) q
sil(mul) fiat (con)comitatio. ¶ Jte p(ro)bat ide(m) g(e)n(erati)onis g(e)n(er)alis. q(ui)a
s(ecundu)m (com)m(entatore)m. 9. me(taphysi)ce. g(e)n(er)ans non fac(it) a(liu)d ñ extrahe(re). i(d est) q(uod) e(st) i p(otenti)a ad
actu(m). s3 int(er) potentia(m). aqua i(n)cip(it). (et) actu(m) ad que(m) uadit
sunt diuersi g(ra)d(us). quos g(e)n(er)ans non pot(est) o(mn)es subito tra(n)-
sire. g° o3 q fiat g(ra)d(a)ti(m). ¶ Ad p(rimu)m g° d(icendu)m. q duo (con)t(ra)ria
non possunt e(ss)e sil(mul). in suo esse (con)pleto (et) (con)c(re)to. s3 non e(st) i(n)co(nuenien)s
q sil(mul) sint i esse i(n)(con)pleto. i(m)mo e(st) necesse(m) q i sit. ex(empl)um q(ua)n(do)
una q(ua)litas i(n)ducit(ur). (et) a(lter)a remittit(ur). ¶ Ad 2m. p3 q
non sunt (con)t(ra)dictoria esse sil(mul). (et) ñ esse s(ecundu)m q(ui)d. ¶ Ad 3. d(icendu)m q
mi(n)or e(st) falsa q(ui)a for(m)a corp(or)al(is) h(ab)et p(ar)te(m) (et) p(ar)te(m). non solu(m) r(ati)o(n)e
m(ateri)e uel s(u)b(iect)i. s3 (et) r(ati)o(n)e sui. cu(m) sit et(iam) corp(or)al(is). (et) h(ab)eat p(ar)te(m) q(ua)nti(ta)tiua(m).

Sexto q(ueritu)r. ut(rum) causato dicat a(liqu)id a(utem) accidentia. (et) q sit
u(idetu)r. q(ui)a causato d(icit) diuina(m) actio(ne)m. s3 nulla actio dei. e(st) ac(ci)-
de(n)s. q(ui)a d(eu)s e(st) sua actio. g° (et)c. ¶ (Contr)a. si causato d(icit) a(liqu)id ac(ci)de(n)s
cre(a)tura. a(utem) h(ec) a(liqu)id. e(st) p(ro)ducta. (et) tunc e(st) causata. a(utem) no(n). (et) tunc
e(st) p(ro)ducens. (et) tale e(st) ex r(ati)o(n)e3 causationis. ¶ R(espo)n(si)o. d(icendu)m q po-
ssum(us) loq(ui) dupl(icite)r de causato(n)e q(ui)a (uel) a(utem) (con)tinua(m) ad id q no(m)i(n)i s(u)b(est).

uel (con)ti(n)uat ad id. q intelligi pot(est). si 2° m(od)o loquam(ur). sic no-
mine causationis pot(est) intelligi. non solu(m) causatu(m). s3 (et) creare. (et)
r(ati)o huius e(st). q(ui)a causato e(st) q(ue)da(m) p(ro)ductio. o(mn)is aut(em) p(ro)ductio sic e(st) ali-
cui. ut t(er)mi(n)i. sic ess(enti)al(ite)r (et) necessario e(st) ab aliq(u)o ut p(ri)n(cipi)o. (et) sic nom(en)
causationis utraq3 dat intelligere. Jte o(mn)is r(ati)o d(icit) intelli(gere) utraq3
extremor(um) aliq(uo) m(od)o. causato aut(em) q(ue)da(m) r(ati)o e(st). (et) sic p3 q d(icit)
a(liqu)id. si u(er)o loquam(ur) p(ri)° m(od)o. dupl(icite)r ad huc pot(est) esse. a(utem) s(ecundu)m rei
u(er)itate(m). a(utem) s(ecundu)m modu3 intelligendi. si s(ecundu)m re(m) loq(ui)m(ur). sic
d(icendu)m. q nom(en) causationis. non significat nisi fieri ipsi(us). q utiq3
ñ d(icit) a(liqu)id ab(solu)te ei realit(er). q(uod) p3 (con)sid(er)ando causationis r(ati)o(n)e(m).
esse rei (con)tinuatio(ne)m (et) entis diuisione(m). p(ri)° de (con)sid(er)ando causationi(s)
r(ati)o(ne)3. cu(m). n. causato sit p(ro)ductio nil o(mn)io p(re)supponens. (et) io ñ pot(est)
esse cu(m) motu. necesse e(st) q p(ri)m(u)m q p(er) causatio(ne)m intelligit(ur). sit esse
rei causate. circu(m)scripto e(n)i(m) motu a(liqu)o q(ua)cu(m)q3. nil remanet
ñ esse rei f(a)c(t)e. uel (con)seq(ue)ntia ad a(liu)d. 2°. p3 (con)sid(er)ando esse
rei (con)tinuatio(ne)m. (con)tinuatio a(utem) ipsi esse rei. nil reale abso-
lute addit ad ip(su)3 esse rei. s3 si addit. h(oc) e(st) s(ecundu)m aliq(ua)m r(ati)o(ne)3 sup(er)-
addita(m) a p(ar)te rei. cu(m) aut(em) (con)tinuatio fiat eade(m) m(od)o. (et) p(er) ide3. p(ro)p(ter)
q fiat causato. cu(m) sua (con)ti(nuatio). ñ sit ñ (con)tinuata factio. i(m)po(ssibi)le
est q causato dicat a(liqu)id a(liu)d reale. ab esse rei. 3° p3 (con)sid(er)ando
entis diuisio(ne)m. si e(n)i(m) causato a(liqu)id reale a(liqu)id d(icer)et. uel esset s(ubstanti)a
uel accidens. (con)m(un)ite(r) accepto accidente co(mmun)it(er) ad e(ti)a(m) fictia. ñ
e(st) dare mediu(m). ñ pot(est) esse q i(d) sit s(ubstanti)a. q(ui)a illa esset causata.
(et) esset eade(m) q(uo)d de illa. (et) sic i i(n)finitu(m). ut(rum) ei causato addere(t) ad
illa(m). si u(er)o i(d) esset accidens. tunc accidens fieri p(re)cederet s(ubstanti)a(m). q
e(st) i(m)po(ssibi)le. q(ui)a esset sine s(ubiect)o. cui h(ab)eat i(n)ni(t)i (et) i esset eade(m) q(uo)d de
illo. si u(er)o loquam(ur) s(ecundu)m modu3 intelligendi. (et) dicendi. mani-
festu(m) e(st) q causato signat p(er) modu(m) actionis. esse a(utem) p(er) modu(m) t(er)mi-
ni. tal(is) actionis. Ex hus p3. q illa r(ati)o q(ue) d(icit) q causato d(icit) a(liqu)id
a(liu)d accidens ab esse rei. (et) sil(ite)r illi. q d(icit) aliq(ui)d a(liu)d q(uod) ñ e(st) s(ubstanti)a
nec accidens ñ e(st) u(er)a salua pace eor(um). ¶ Ad arg(umentu)m d(icendu)m q causatio(ne)m
dup(licite)r possum(us) accipe(re). s. actiue (et) tunc e(st) diuina s(ubstanti)a. uel passiue
(et) sic e(st) creatura.

¶ Septimo q(ueritu)r. ut(rum) causato sit soli(us) (con)positor(um). (et) u(idetu)r q sit sol(ius)
materie. q(ui)a u(idetu)r c(re)ari i(m)p(ri)mis p(ro)ductione. q supponit(ur) in 2a. s3 i
2a supponit(ur) sola m(ateri)a. g° sola m(ateri)a c(re)at(ur). ¶ (Contr)a. p(er)fectior e(st) t(ermi)n(us)
causationis q(uam) na(tur)al(is) g(e)n(erati)onis. s3 t(ermi)n(us) nat(ura)l(is) g(e)n(erati)onis e(st) (con)positu(m) tot(um)
g° t(ermi)n(us) causationis erit (con)positu(m) tot(um). ¶ R(espo)n(si)o. d(icendu)m. q c(re)ari pot(est)
alicui (con)petere duplicit(er). q(ui)a a(utem) p(er) se (et) e(ssen)tial(ite)r. (et) sic e(st) (con)positor(um) (et) i(n)-
(et) s(u)bsistentiu(m). sola. n. illa q(ue) p(er) se possunt esse p(er)sunt educi i
esse. alio m(od)o (con)comitanter. (et) sic c(re)ant(ur) p(ri)n(cipi)a i(n)t(ri)nseca rei causate
(et) acci(de)ntia ei i(m)mediata. q sunt de ei i(n)tegritate. si(n)gl(ari)ter. ñ
pot(est) res (con)sistere. ut na(tur)ale(s) t(er)mi(nos) corp(or)is. h(ec) dicunt(ur) (con)c(re)ata. q(ui)a cu(m) a(li)o
c(re)ata. alio m(od)o dicunt(ur) aliq(u)a c(re)ari c(aus)alit(er). (et) sic dicunt(ur) c(re)ari effec(tus)
na(tur)ales ip(s)or(um) agentiu(m). ut p(ri)me i(m)pressiones corp(or)u(m) (et) i(n)fluentie
na(tur)ales sui(s) mot(us). ut q(ue) p(er) media transmutatio(ne)m p(ro)ducu(n)t(ur).
uel de m(od)o na(tur)ali. uel i uoluntarie fiunt. o(mn)ia h(ec) possunt dici
c(re)ata c(aus)al(ite)r (et) potentialit(er). ¶ Ad arg(umentu)m d(icendu)m. q i(d) q supponit(ur)
i g(e)n(erati)one non est m(ateri)a nuda. s3 e(st) m(ateri)a i(n)duta tali for(m)a. q ñ
aufert ei possibilitate(m) transmutationis ad alia(m) for(m)a(m).

Octauo q(ueritu)r. ut(rum) sit ponere plura p(ri)n(cipi)a. Et u(idetu)r q sic. plura
sunt sil(mul) na(tur)a. g° si un(um) p(ri)n(cipiu)m e(st) ab et(er)no. (et) reliquu(m). s3
p(ri)ncipiu(m) actiuu(m) e(st) ab et(er)no. g° (et) passiuu(m). q(ui)a sunt plura.
¶ Jte phi(losophu)s. 2° de ce(lo). (et) m(undo). d(icit). q si unu(m) oppositor(um) fuit i na(tur)a (et) reliquu(m).
s3 summu(m) bonu(m) e(st) dare. g° (et) summu(m) malu3. ¶ (Contr)a. 1. p(h)isi(corum). d(icitu)r.
q p(ri)m(u)m (et) p(ri)n(cipiu)m ide(m) sunt. s3 i(m)po(ssibi)le e(st) dare plura p(ri)ma s(im)plicit(er). g° (et)c.
¶ R(espo)n(si)o. d(icendu)m q u(er)itas istius q(uesti)onis. adeo e(st) (et) fuit clara. no-

[Marginalia:] ia = | 3 | 1(m) | 2(m) | 3(m) | significent | ad 2 d(icendu)m q tal(ia) d(icu)nt(ur) 3 m(od)o c(re)ari c(aus)alit(er) | sit simul | ... esse

÷
(et) e(st) intra actiua q ñ p(er)sistit. ñ facta de aliq(u)o
(et) t(ame)n p(er)ma(n)ent s(ed) q° d(icu)ntur c(re)ati. e(st) q(uod) fiunt de ñ aliq(u)o

solum fide, sed et ratione, ut dicit commentator [?] philosophus alicui intellectui apparet. Unde Plato posuit unum solum deum, omnes alios fecisse, illum autem nullatenus posse fieri, sicut recitat Augustinus 9 De civitate Dei. Et Philosophus in 1 De caelo et mundo reprehendit positionem plurium deorum et dicit eam fabulosam. Et ideo dicit unum deum propter omnium causatorum. Et 8 Physicorum et 11 Metaphysicae reducit omnia ad unum motorem immobilem. Item ponentes plurium deorum principiorum, quorum unum facit bonum et alterum facit malum, ipse deperdet de se suo commento 3 Metaphysicae, non in infinitum. Nam haec positio repugnat intelligentiae et necessitati et implicat contradictionem. Nam intellectus intelligit primum principium ut primum. De ratione autem primi est privatio prioris et positio posterioris. Nam si haberet aliquid prius se, iam non esset primum, immo esset illo posterius. Item si ponantur duo prima, scilicet quod utrumque sit primum, quia ante omnem pluralitatem est cogitare unitatem, quae erit prius utroque illorum. Item de ratione primi est positio posteriorum. Nam prius dicitur in respectu ad posterius. Ergo est simpliciter primum quod ulterius praecedit omnia alia, et ad quod omnia alia sunt et praecedunt. Sed si plura, neutrum praecedit ulterius omnia, quia unum non praecedit aliud, nec e contrario. Ergo neutrum est primum principium, et implicat contradictionem quod primum et non primum. Item cum id quod dicitur per superabundantiam convenit uni soli, si primum principium est summum, non potest esse nisi unum. Si autem ponantur plura, sequitur quod neutrum sit primum, et similia. Item primum principium de sui ratione est immensum, simplicissimum et perfectissimum, ex quibus sequitur, sicut arguit Anselmus et Damascenus, quod si ponantur plura, quod nullum est immensum, et quodlibet habet unum alterius defectum etc. Item Philosophus 4 Ethicorum: si malum integrum sit, se ipsum destruit etc. Ad primum dicitur quod illa propositio est intelligenda cum replicatione ad subiectum, scilicet quod plura sunt similia natura, igitur hic dicitur; autem licet sit ab aeterno, non tamen in quantum agens productione ex propria [?] non valet, quia de primo principio non dicitur ad [?] relative ad extra non simpliciter dici, et in talibus illa regula non tenet. Ad secundum dicitur quod id habet unitatem quam utrumque oppositorum est aliqua natura, et igne determinato [?], et non quam alterum est privatio pura, sicut est malum.

Nono quaeritur utrum ab uno simplici possint plura produci. Et quod non, quia idem manens idem semper est natum facere idem. Sed primum principium semper manet idem. Ergo etc. Item artifex nihil potest agere nisi habeat ideam in mente. Sed omnes ideae in mente divina non sunt nisi unum. Ergo non potest facere nisi unum. In oppositum: agens per voluntatem potest oppositorum, ut dicitur 9 Metaphysicae. Sed deus est huiusmodi. Ergo etc. Respondeo dicendum quod error fuit Avicennae 9 Metaphysicae c. 4 quod licet omnia sint et producantur a primo, non tamen possunt ab eo plura produci immediate propter suam unitatem et simplicitatem, nisi duo distincta per essentiam, ex quibus fiat unum, ut materia et forma. Sed primum et immediate productum ab eo est unum simplex, quod dicitur intelligentia prima, quae forma immaterialis est, quae cum sit causatum primi habet possibilitatem a se ipsa et necessitatem a sua causa. Et quia intelligit ista duo, necessario resultat in ea aliqua multitudo, et ratione huius multitudinis potest ab ea provenire alia multitudo, ut producat orbem suum, igitur intelligit se, et producat suam intelligentiam, igitur intelligit causam suam, et sic deinceps de aliis intelligentiis et orbibus suis usque ad orbem lunae, et intelligentiam agentem quae gubernat animam nostram. Ratio autem erroris sui fuit divina perfectio, quia cum non agat propter aliquem finem sicut nos, eo quod nullo eget, sed solum per apprehensionem suae essentiae quae simplicissima et independens nullam multitudinem recipiens, et quia non apprehendit nisi unum, non producit nisi unum immediate.

Avic.

Hanc positionem fuit secutus Algazel, non quod ipse fuit auctor sed defensor.

algazel

Istam autem positionem patet hic quod est haeretica, multa secum trahit inconvenientia. Unde Commentator 11 Metaphysicae ipsam reprobat, et rationem eius frivolam asseverat, quorum impossibilium unum est hoc quod causa esset imperfectior virtute quam causatum, quia potentior est causato, scilicet prima intelligentia, quam sit ipse deus. Item quanto ad simplicia tanto ad plura se extendit sua virtus etc. Item falsum supponit, quia saltem cognoscit se et causatum suum primum, et sic plura, cuius contrarium supponit. Est ergo dicendum quod ab uno simplici multa possunt produci. Et ratio huius est divina immensitas, quae licet sit simplicissima est immensa, cum immensitatis perfectio est communicabilis pluraliter pluribus et imitabilis ab aliis per productionem aliorum de nihilo. Et quia perfectissime suam essentiam cognoscit et intelligit se multipliciter communicabilem et imitabilem per productionem a se de novo, si voluntas adsit, possibilitas non deest. Ideo potest quantum de se multiplicare causatus in infinitum. Ad hoc etiam facit Philosophus 9 Metaphysicae, quod agens cum ratione potest diversas et contrarias operationes. Ad primum dicitur quod id habet veritatem de agente naturali et manente dispositione patientis. Nam mutata dispositione patientis, idem manens idem potest contrarios effectus habere, exemplum de sole in terra et luto. Ad secundum dicitur quod licet ideae sunt unum in deo, ergo idea est una, immo est fallacia figurae dictionis, mutando quid in ad aliquid. Sicut tres personae sunt unum in deo, ergo est una persona. Idea enim duo dicit, scilicet id quod est, et tunc est divina essentia, et dicit ad quod est, scilicet respectum ad rem quae fieri potest, et ad hoc imponitur nomen ideae. Et ratione huius igitur dicitur divina.

Decimo quaeritur utrum deus potuit ab aeterno mundum | creare [?] producere. Et videtur quod sic, quia potentior est deus producere suum effectum quam sit causatum. Sed causatum aliquod est quod si esset aeternum effectus esset aeternus, sicut 11 De civitate per Augustinum, 10 De trinitate, exemplum de igne. Item causa nullo egens potest producere quod causatum est. Sed deus est causa nullo egens ad operandum ab aeterno. Ergo potuit ab aeterno. Si tu dicas quod est in magnitudine per naturam, contra: novitas non diminuit de potentia et perfectione agentis, immo auget. Ergo etc. In oppositum Augustinus contra Manichaeos sic arguit: sicut causatum non potest esse aequale bonitatis suo creatori, sic nec aequale durationis. Sed si posset esse causatum ab aeterno, esset aequalis durationis cum deo etc. Respondeo dicendum quod in ista quaestione sunt duae opiniones. Quaedam dicunt propter rationes factas quod deus potuit creare ab aeterno, et tales reputant eas fortes quasi demonstrationes, et ideo derident contrarium asserentes. Alii, haerentes fidei simpliciter et philosophiam insufficientem reputantes, et sanctorum intentiones advertentes, dicunt quod deus non potuit, non propter defectum ipsius, sed contradictionis implicationem, quia sequitur quod habuit suae durationis initium et non habuit. Probatio: si fuit productum, ponatur in esse. Tunc sic: omne quod fit, quando factum est, tunc primo est, sive fiat subito vel aliter. Nam de eo quod fit subito, in eodem instanti in quo fit cum factum est verum est dicere quod primo tunc est. Ergo habuit initium suae durationis. Sed positum est quod fuit ab aeterno, et quod est ab aeterno non habet initium suae durationis, quae est contradictoria illi. Item ad hoc valent aliae rationes supra positae. Et ideo melius videtur quod deus facere non potuit, quia factibile non fuit, non propter suam imperfectionem. Ad primum autem dicitur quod non repugnat causae coaevitas effectus inquantum causa est, sed bene repugnat inquantum aeterna est. Unde si ignis esset aeternus, splendor bene esset aeternus, non tamen esset factus. Ad secundum dicitur quod tota ratio quare mundus non potuit fieri ab aeterno est implicatio contradictionis, et non imperfectionis, quia sequitur quod sit dare primum et non primum et similia.

XI. quaeritur utrum agens causatum possit aliquid creare. Et videtur quod sic, quia tunc est unumquodque perfectum quando potest producere quale ipsum est. Ergo cum angelus sit perfectus, poterunt producere angelum, non transmutando,

generando

contra gratia quod non habet, ergo creando. Item quod agit se toto potest in totam substantiam rei. Sed angelus se toto agit, quia non habet partem et partem etc. In oppositum: nulla virtus finita potest transire distantiam infinitam. Sed inter ens et non ens est distantia infinita. Ergo etc. Respondeo dicendum quod creatio potest accipi proprie, ut dictum est supra, et tunc est solius subsistentium seu compositorum, vel potest accipi non proprie sed communiter. Si primo modo accipiatur, sic est solius dei. Si secundo modo, sic etiam est solius dei, et soli deo convenit tamquam principali agenti, sed sic instrumentali vel ministeriali bene potest competere creaturae quae agunt in virtute primae causae, ut sunt impressiones omnium corporum, et motus et actus, de quibus omnibus non est assignare de quo fiat. Haec est sententia Augustini 1 De trinitate et [?] causatorum ingredientium visibilium deus intrinsecus operatur, exteriores autem operationes sive angelorum sive hominum sive quorumcumque animalium sive imperium suum [?] in nostris habetis [?], in quantum operatur agricola terrae agriculturam, et similia multa dicit. Ad primum dicitur quod non est perfectionis in angelis quod producat sibi simile in natura. Nam duplex est perfectio in creaturis, scilicet absoluta et relata. Absoluta consistit in participatione nobilium conditionum, ut quia est intelligens vel vivens. Sed perfectio relata est in ordine ad alia et in generationibus relativis. Ad aliud exemplum: si luna esset sicut sol, esset perfectior perfectione absoluta, sed non perfectione relata in ordine universi. Sic est in proposito: posse enim producere sibi simile in inferioribus non est de perfectione absoluta, immo includit imperfectionem corruptionis secundum Philosophum 2 De anima, qui dicit quod propter hoc data est virtus generativa rebus, ut per successionem individuorum esse divinum salvetur. Vel secundum theologos, propter defectum perfectae actionis, ut quod non potest fieri per unum fiat per plura. Sic ergo posse tale non est perfectio absoluta, sed relata ad ordinem universi, haec autem non competit angelis incorruptibilibus. Ad secundum dicitur quod et si angelus non habet partem quantitativam, habet tamen virtualem et essentialem. Ad aliud quod sic fiebat, palam patet: dicitur quod causatum aliquid operatur in tempore vel mensurativa transmutatione, et tale opus non potest esse in instanti, sed necessario successiva, propter distantiam a termino ad quem non potest subito pervenire. Aliqua vero operatur subito sine motu transmutatione, ut sunt actus generales et spirituales, et immediate sicut anima corporis suas similitudines vel impressiones quae fiunt in instanti.

XII. quaeritur utrum deus produxit mundum propter aliquem finem. Et videtur quod non, quia omne agens propter finem agit propter aliud melius suo opere vel effectu, quia finis est melior quam sunt ad finem.

bii

Sed praeter opus dei non est nisi deus. Ergo deus non agit propter finem. Item omne agens propter finem agit propter hoc quod non habet. Sed deus per suam actionem non sibi acquirit. Ergo etc. Item in quibus non est motus non est finis, 3 Metaphysicae. Sed in deo non est motus, ergo nec finis. In oppositum Proverbiorum 16: Universa propter semet ipsum operatus est altissimus. Sed propter dicit causam finalem. Ergo etc. Iuxta hoc quaeritur quis sit ille finis. Respondeo dicendum quod licet in ista quaestione fuit error Avicennae, sicut patet 9 Metaphysicae suae, quod deo non competit agere propter finem, sicut iam dictum fuit, ideo huius ipsum pertranseo. Et respondeo ad quaestionem et dico quod necesse est ponere quod deus propter finem produxit mundum. Cuius ratio est quia agere propter finem pertinet ad perfectionem intellectus, quia si contingat fieri praeter intentionem finis, tale opus dicitur esse vanum et casuale. Ea autem quae sunt perfectionis in causato rationali magis debent poni in prima causa, cum sit agens per intellectum et voluntatem, 2 Metaphysicae. Agere tamen propter finem contingit dupliciter: aut propter finem operis, aut finem operantis. Finis operis est ad quem opus est ordinatum. Finis operantis est quem principaliter intendit agens. Primum potest esse in deo. Secundum autem est in proposito, ad quem reducitur primum. Agit ergo deus propter amorem finis, sed causatum propter desiderium finis, quem non habet. Agit ergo deus propter finis amorem, quem habet, cum non potest addi, quia ipse suam bonitatem perfecte amans vult eam communicare et diffundere,

productionis

et iste est finis causatorum. Exemplum est de homine liberali, qui dat aliis quod non cum meruerunt, et nihil ab eis expectat; sua sola liberalitas movet ad dandum, sed ad hanc sapientiae scilicet utilitas accipientium. Ad primum dicitur quod quando dicitur agens propter finem agit propter aliud melius suo opere, dico quod verum est de illo agente quod agit propter desiderium finis, quia id nondum habet. Sed non est verum de agente propter amorem finis, sicut est deus, quia iam habet. Et per hoc ad secundum. Ad tertium dicitur quod motus proprie dictus, scilicet per mutationem successivam, sic non est in mathematicis, et ideo non est bonum sive finis per motum acquisitum; haec est intentio philosophi ibidem. Sed si motus accipiatur communiter pro omni transmutatione, sic est in bene motis et bonum.

Tertiodecimo quaeritur utrum sit dare aliquem spiritum separatum. Et videtur quod non, quia nulla substantia spiritualis est otiosa, secundum Philosophum 11 Metaphysicae. Sed esset otiosa nisi corpus moveret. Sic idem dico. Ergo etc. Contra: si inveniuntur compositorum invenitur separatum et alterum, ergo cum inveniatur corpus separatum debet inveniri, scilicet separatus. Respondeo dicendum quod in ista quaestione fuerunt plures errores, quia fuit circa hoc error Sadduceorum negantium resurrectionem, angelum et spiritum, de quibus habetur Actuum 23, qui posuerunt omnia entia sensibilia. Iste autem error non solum fide sed et ratione confutatur, sicut patet 2 De anima manifeste. Nam patet quod motus animalium perfectorum non potest esse ab aliqua forma pure corporali, sicut est forma elementalis, et qualiscumque alia forma corporalis; tales enim formae sunt ad unam partem positionis determinatae et inclinatae, sicut grave deorsum etc. Motum autem animalium esse videmus ad diversas differentias positionis. Alii fuerunt qui dixerunt esse angelos separatos a corporibus habentibus mixtionem, de quorum numero fuit, ut visus est, Augustinus, sicut patet 8 De civitate, sed dicebat eos habere corpora subtilia. Sed non est dictum quod ipse dixit secundum suam opinionem, cum de fide ad Petrum dicat quod angeli spiritus nullum voluit habere consortium cum huius mundi elementis, non vellet quod habent ad tempus illa corpora voluntarie assumpta propter ministerium humanae necessitatis salutis. Sed non quod sibi essent naturaliter unita, quia tunc talis unio requirit unificationem et ita per suppositionem mixtionem, et ideo non possunt simplicia corporalia unire ut formae. Alii autem fuerunt, sicut Aristoteles cum suis sequacibus, qui posuerunt intelligentias separatas, concludentes tamen ut motrices corporum, et quia posuit motum esse perpetuum et necessarium, necesse fuit quod tales concluderet esse perpetuas et necessarias, quia reputabat eas esse otiosas si corpora non moverent. Et ideo secundum numerum mobilium posuit numerum motorum, scilicet 49, sicut patet 11 Metaphysicae, et non plures. Sed non legerat Danielem, vel si legit non credidit ei, quod dixit: Milia milium ministrabant ei etc. Item nesciebat finem et bonum causae rationalis dei contemplatorum, non corporum motionem. Item nesciebat finem principalem caelestium esse multiplicationem humani generis usque ad complementum numeri electorum, quo finito cessabit omnis motus eorum. Item mirum fuit de isto homine, cum ipse posuit caelos animatos esse, sicut exponit Commentator super 2 De caelo et mundo, quare fuit necesse ponere alios motores. Numquid imperfectiores et impotentiores sunt animae caelorum quam aliorum inferiorum habitantium? Item saltem illae animae deberent sufficere ad movendum, ad quid ergo indigebat aliis motoribus? Item quare vocat eas separatas? Immo plus deberent dici separatae animae nostrae, quae saltem aliquando separantur, et illae numquam, cum caeli sint incorruptibiles. Non ergo habeamus phantasiae, sed secundum scripturae sacrae habeamus quod multos dicit spiritus separatos vel angelos, quia et hoc perfectam creatoris divinae bonitatis convenit. Cum enim deus propter suam bonitatem communicandam res produxit in suam similitudinem, tanto autem causatum similius est ei quanto ad eum magis accedit, sed tanto magis ad eum accedit quanto minus inclinatur ad corpus, et tales dicuntur esse angeli. Ad hoc etiam sunt plures aliae rationes, quas modo dimitto. Ad id quod obicitur dicitur quod illa propositio est falsa et haeretica.

Quartodecimo quaeritur utrum talis causatum sit separatum, ut angelus excellat compositum, scilicet hominem. Et videtur quod non, quia secundum Augustinum 3 De libero arbitrio, angelus et anima sunt natura pares et officio dispares. Sed corpus non diminuit de ratione ipsius animae et bonitatis, cum sit aliquid bonum. Ergo anima non est inferior angelo. Item finis.

est melior huiusmodi que sunt ad finem. Sed nos sumus quodammodo finis omnium. 2. phisicorum. ergo etc. ¶ Item. 19. de trinitate dicitur quod solus deus est maior mente rationali. ergo vel angelus est inferior vel equalis. ergo etc. ¶ Contra. Augustinus. 12. de civitate. ponit hominem medium inter angelos et bestias. ergo homo est infra angelos. ¶ Responsio. dicendum quod sicut recitat Augustinus super .10. omelias x. in pertractat hanc questionem aliqui voluerunt dicere. quod homines erant nobiliores angelis. cuius ratio erat. quia propter homines filius dei voluit incarnari. et pati et non pro angelo. sed sicut ipse idem dicit. hec ratio potius est in oppositum. quia quanto dampnabilius est vitium. tanto nobilior est natura. Item Anselmus cur deus homo. dicit. quod deus non fuit propter hoc incarnatus. quia homo sit melior. sed quia totam naturam creaverat. non autem naturam angelicam. et ideo concedit Augustinus. xi. de civitate. c. 14. quod natura angelica animam quam deus condidit. nec dignitate precellit. ad quod melius videndum dicitur talem regulam. quod aliqua possunt excellere alia. tripliciter. scilicet ordine nature. ordine iustitie. ordine utilitatis. primo ordine nature. et isto ordine precellunt viventia non viventia. intellectualia preferuntur non intellectualibus. et immortalia mortalibus. et isto ordine prefertur natura angelica nature humane. 2o preferuntur aliqua ratione iustitie. et isto modo prefertur iustus peccatori. bonus homo malo angelo. 3o preferuntur aliqua ratione utilitatis. sicut panes muribus. et quia rei dignitas et nobilitas attenditur precipue ex eo quod competit ei secundum naturam. ideo simpliciter angelus cum sit immortalis secundum naturam. homo autem mortalis. prefertur homini. et iudicatur esse melior et nobilior angelus quam homo. ¶ Ad primum dicendum quod ubi Augustinus dicit intelligi in generali conditione esse pares angelum et animam. scilicet quia utraque est natura rationalis. ad beatitudinem ordinata. non ex hoc quod sint in gradu nature pares. quia et anime que sunt eiusdem speciei et nature pervenient pares. non tamen sunt pares in gradu nature. immo est aptitudo excedunt. quod repetit quod anima non habet nobiliorem gradum in specie humana quam anima viventis[?]. ¶ Ad 2m. cum dicitur quod nos sumus finis omnium. non excluditur angelus. vel aliter quod philosophus loquitur de corporalibus que fiunt vel per naturam vel per artem. unde non intendit dicere quod nos simus finis angelorum nec eorum. ¶ Ad 3m. dicendum quod solus deus potest anime et angelo illabi. et inmanere. et propterea dicitur solus esse maior. utrum angelus et anima differant specie. Et quidem

¶ xv. Questio. videtur quod non. quia si differunt quia per quod. sicut anima est quod per unibile. et ipsum tale est duo contraria in eodem. sed anima est separabilis. ergo est separabilis et unibilis. quod est impossibile. ¶ Item quorum differentia ultima est eadem. et ipsa sunt eadem. sed intellectualitas est ultima differentia angeli. et anime. ergo etc. vii. b. ad eugenium dicit. quod optimum anime et angeli est idem. ¶ Contra. quando aliqua duo sunt quorum unum est essentialiter pars alterius et alterum non. illa non sunt eadem specie. sed talia sunt anima que est pars essentialis hominis angelus autem non. ¶ Item prima differentia naturalis est differentia speciei. sed angelus ab anima differt plus quam secundum numerum. ergo differt specie. ¶ Responsio. ad hoc dixerunt aliqui quod anima potest considerari ut anima. vel ut spiritus. prout est separabilis. et per se potens existere. et sic non differunt anima et angelus. ut dicunt. anima autem considerata est corporis vivificativa. et sic differunt. sed hoc non est. quia separatio a corpore non aufert naturalem aptitudinem. et naturalem inclinabilitatem ad corpus. ergo si prout est vivificativa corporis. differt specie ab angelo. et etiam separata differt. Item separatio non mutat eius speciem. et naturam cum sit ei accidentalis. nec unio accidentalis tribuit ei aliam speciem. quam non habet separata. ¶ Ideo dicitur aliter quod anima et angelus differunt specie. ad cuius intelligentiam notandum quod ad perfectionem creatoris dicitur bonitatis. in perfectis creaturis. et ad universi perfectionem primo oportuit triplicem statum creaturarum. scilicet pure spiritualem. pure corporalem. et ex utrisque compositam. necesse est. quod sicut status spiritualis et corporalis est una natura constans essentialiter ex suis principiis. ita quod totum ex eis compositum est ens completum et quietum quodammodo in se et per se subsistens. neutrum autem principiorum in se habet esse completum. sed est independentia ad alterum. ac per hoc neutrum est per se subsistens. sic necesse est statum compositum ex spirituali et corporali. ut est homo. esse naturam unam per essentiam. in se completam et quietam. et per se subsistentem. neutrum autem eius principium habere esse quietum et completum in se. sed habere semper independentiam ad alterum. ad 3. constituendum licet eius principium aliquatenus possit habere esse subsistens. eo quod tantum vel maxime compositio deberet utrumque. eorum quandoque utrumque ex morte. non tamen perfectum et quietum. Et sic satis patet per hoc quod anima et angelus differunt specie. et per quod differunt. quia per hoc quod anima est natura corpori impedens non habens in se esse completum et quietum. et perfectum. angelus autem nulli impedetur nec ab aliquo dependet eius perfectio. sed per se perfectum et quietum esse habet. ¶ Item quia anima non est ens omnino per se completum non potest dici quod differant tamquam due species complete secundum genus. cum ipsa non faciat per se speciem sed veniat ad constitutionem unius tertii. sed tamquam species et pars. vel principium formale alterius speciei. ¶ Vel possumus dicere quod differunt quia anima est substantia quedam aggregans in se extrema materialia spirituali formas diversas. et diversarum naturarum quarum appetitus vel inclinatio ad materiam. non totaliter ad spiritualem animam terminatur. sed tendit in materiam corporalem. angelus autem non sic. quia inclinatio sue forme totaliter ad suam materiam spiritualem terminatur. nec ultra tendit. propter eius est quod anima habet corpus vegetativum. ergo oportet quod habeat aliquid per quod hoc faciat scilicet aliquam formam. quam quidem non est in angelo. ¶ Ad primum argumentum. dicendum quod non differunt per unibile et non unibile directe et immediate. sed mediate et extrinsece. quia unibile per quandam circulocutionem dat intelligere differentiam illam. Item aut quod inducitur contra hoc non valet quia illa contraria non sunt in actualitate ambo. sed in potentia. vel saltem unum in potentia reliquum in actu. hoc autem modo bene possunt in eo esse contraria eiusdem. ¶ Ad 2m. dicendum quod licet anima et angelus conveniant in intellectu non propter hoc obstat quin possit specie differre. quia ultimum hoc potest anima vel angelus aliquid forma habere quod non habebit alius. vel aliter quod licet anima et angelus intelligant tamen diversimode. et ideo non valet.

Circa. 2m. quesitum. duo inquiruntur. ¶ Primo queritur de mensura ipsorum angelorum. ¶ 2o. queritur de loco in quo sunt facti.

¶ Circa primum queruntur quinque. ¶ Primo. utrum duratio rei sit aliud ab esse eius. ¶ 2o. utrum evum sit aliud ab eternitate. ¶ 3o. utrum evum sit aliud a tempore. ¶ 4o. utrum omnium temporalium sit unum tempus. ¶ 5o. utrum in evo sit successio.

Primo queritur. videtur quod duratio rei sit aliud ab esse eius quia sicut mensura. omnis actus differt a suo essentialiter. sed mensura est actus rei mensurate. ergo etc. ¶ Item mensura et mensuratum relative apponuntur. sed unum oppositorum non est aliud. ergo etc. ¶ Item quecumque sunt in diversis generibus non subalternis. necesse est esse essentialiter diversa. sed esse stat in predicamento substantie. mensura autem sive duratio est in predicamento quantitatis. ergo duratio rei est aliud ab esse eius. ¶ Contra. mensura debet esse unigenea mensurato. 10. methaphysice. sed impossibile est quod actus sit unigeneus cum suo. ergo etc. ¶ Responsio. dicendum. quod communis positio est. quod mensura vel duratio. quod idem est dicere. differt ab eo cuius est mensura. propter rationes iam dictas. et ut eis quod in solo deo non sit aliud ab esse eius sua duratio. ¶ Quibusdam non

alius tamen esse distinguendum. et dicunt quod est accipere duplicem rationem. scilicet extrinsecam qua mediante intellectus noster certificatur de quantitate existentie alicuius rei. sicut dicimus quod aliquis duravit per tot annos. quia comparamus eius existentiam ad revolutionem celi. et de ista planum est quod differt. sed non est quod de ista. Alia vero duratio est realis et intrinseca. que quantitatem rei existentie mensurat. et inest rei. omni actu intellectus circumscripto. et motu celi et cuiuslibet alterius corporis circumscripto. sic accipiendo mensuram. dicunt quod tripliciter potest aliquid ab alio differre. quia aut secundum essentiam et rem. ut duo individua eiusdem speciei. aut secundum realem rationem. ut forma et materia. forma enim dicitur inquantum dat esse materie. materia vero dicitur prout habet esse principium oppositum. secundum autem est naturalis. 3o modo potest differre secundum intellectus considerationem. ut forma et actus. quia forma dicitur ut dans esse. scilicet ut dat esse materie. actus vero ut nominat ipsam potentiam per idem non fit. scilicet per hoc quod est eius esse. sed aliter accipitur ab intellectu. isto modo et illo. duratio ergo non differt ab ipsa re. vel ab esse rei. non secundum considerationem tamen. quia addit eius quandam permanentiam. et continuationem. non autem differt secundum essentiam et rem. in quod addat absolute aliam naturam. vel essentiam ab esse rei. id est non addit. non continuationem quandam. et sic duratio rei non est aliud. quam eius continuatio in esse. quod ex hoc patet. quia inter omnia que differunt re absolute potest dividi intellectu. et unum ab alio circumscribi. sed impossibile est dividere continuationem esse ab eius duratione. non unum ab alio circumscribi. ergo impossibile est quod unum ab alio differat. ¶ Item posita sola rei duratione. omni alia natura circumscripta. necesse est rem habere continuationem. quod non esset possibile. si diceret aliam naturam absolutam. ergo cum duratio non addat ad esse rei. nisi continuationem. sed hec continuatio non differt ab esse rei. absoluta natura. nec duratio differret. quod autem continuatio ad esse rei non addat aliquid absolutum. patet considerando ipsius continuationis causam. et rationem. rei ad esse unitionem. primo patet considerando causam et rationem. quia causa continuationis rei est divina voluntas. eadem in esse conservans. in quod conservatio rei secundum modum passivum intellecta. non est aliud quam eius continuatio in esse. sublata enim rei conservatione. statim intelligitur res adnichilari. nec est per aliquod medium. quam sit ipsius voluntatis conservatio rem. sicut cum causat sola voluntate. et non per aliquod medium. idem causatorem et causatam. sic cum conservat. ergo non dicit aliquam rem absolutam. ¶ Item quorum esse est infinitum. non differt eius duratio realiter factio. sed esse omnis rei causate est infinitum ut dictum est superius. ergo non differt realiter. continuatio rei etc. ¶ Item. patet 2o. considerando eius rationem. scilicet rei et continuationis. sicut enim continuatio dicit aliam rem absolutam. sola ea circumscripta. poterit remanere esse ipsi rei. quod falsum est. immo statim intelligitur res adnichilari. illa sola subtracta per intellectum. ¶ Item per hoc solum quod ponitur res adnichilari. subtrahitur esse rei. sed tota eius subtractio. per adnichilationem. quod ponitur per continuationem. sed hec solum est esse. ergo etc. patet ergo. quod duratio rei ab esse cuius est. non dicit aliquid realiter. sed bene dicit aliam rationem. supra esse rei. eo quod res dicitur per quam suis principiis intrinsecis ponitur. vel constituitur. duratio vero. secundum quod esse producitur. vel constituitur absque causa prima continuatur. constitutio quidem rei non est aliqua essentia. ab eius continuatione. nec tamen eadem ratione dicitur in esse constitutio. et in esse conservatio. sed alia et alia ratione. ¶ Ad primum. dicendum quod duratio dicit intrinsecam mensuram rei. que non differt ab esse illius realiter. licet differat ratione. et ideo non dicit actus tale. quod sit realiter differens ab ipso. sicut supponebatur. enim. verum illa esse ubi verum. quod omnis actus differt realiter ab ipso. quia secundum multos. ratio. non differt realiter ab ipso. ¶ Ad 2m dicendum quod non est inconveniens. quod unum et idem secundum essentiam. sit in diversis predicamentis. diversis respectibus. sicut patet de actione et passione. 3. phisicorum.

Secundo queritur. videtur. quod evum sit aliud ab eternitate. quia nunc vel quia in libro de causis dicitur. quod intelligentia parificatur eternitati. sed non nisi sicut mensuratum mensure. ergo cum evum sit mensura intelligentie evum est eternitas. ¶ Contra. eternitas non est aliud a deo. sed evum non est aliud a deo. ergo evum non est eternitas. ¶ Responsio. dicendum quod auctores de intelligentiis et eius causa dixerunt eternitatem et evum esse idem. et sua ratio fuit hec. mensura per comparationem ad mensuratum carentem principio et fine dicitur eternitas. illa eadem mensura per comparationem ad mensuratum habentem principium. sed non finem. dicitur evum. et sic ut dicunt evum dicit partem eternitatis. sed pars non differt a suo toto nisi secundum quid. Sed hec ratio est falsa. et heretica. quia dicit quod eternitas habet partem et partem. et sic est composita. et per consequens non est tota simul. et sic dicitur non habet suum esse simul. quod est valde absurdum. et sic quod sit aliquid eternum quod non est deus. et hoc falsum est. ¶ Et ideo aliter est dicendum. quod evum differt essentialiter ab eternitate. sicut causatum a creatore. cum duratio rei non dicat essentialiter aliam rem absolutam. a re cuius est. ergo sicut eviternum differt ab eterno. sic evum ab eternitate. immo non habent ad esse nisi quandam similitudinem. eo quod unumquodque est interminabile. sed differunt quia eternitas est invariabilis actu et potentia. et est tota simul. evum vero non nisi actu. ¶ Ad argumentum. dicendum quod illa parificatio non intelligitur simpliciter. sed secundum quid. in quantum. scilicet unumquodque caret fine. et non plus. ¶ Vel dicendum quod philosophus omnes credebat intelligentias esse eternas. et ideo talia dicebat.

Tertio queritur. videtur. quod evum sit aliud a tempore. Et quod sit aliud videtur. Augustinus. 83. questionum. dicit. inter tempus et evum hec distat. quia hoc est stabile illud vero mutabile est. sed hec non possunt esse idem. ¶ Item philosophus. 4. phisicorum dicit quod illa que semper sunt non sunt in tempore. sed certum est quod aliqua sunt et semper sunt. ergo que non sunt in tempore sunt in evo. ergo aliud est tempus et aliud evum. ¶ Contra. Augustinus ad Orosium. extra tempus creata omnia que incepit. ergo etc. ¶ Item. omnis bona divisio vacat toto diviso. sed ista est bona divisio quod omne quod est aut est eternum aut temporale. ergo omnia alia a deo sub tempore continentur. ergo non differt tempus ab evo. ¶ Responsio. dicendum. quod tam sancti quam philosophi in hoc concordant. quod tempus et evum differunt vocando tempus omne id quod mensurat esse variabile. et temporale. et evum quod mensurat esse stabile et invariabile. sicut patet per Augustinum. et philosophum. et sacrum textum ecclesiastici primo. et 40o. et esdre. ¶ Qualiter autem differant diversimode dicunt. aliqui dicunt quod de evo et tempore. contingit loqui dupliciter. scilicet quia possunt considerari in ratione mensure. vel in ratione mensurate. primo modo sunt idem. quia una et eadem essentia sunt. 2o modo differunt. Et licet hec positio aliquibus non placeat. aliis tamen videtur esse vera. et modo mensurandi eam ab aliquibus sic accipitur. dicunt enim quod hec videtur esse sententia philosophi et commentatoris 4 phisicorum. quod tempus unum esse instans in toto tempore. quod secundum substantiam unum. differens tamen secundum rationem. per hoc quod instans. secundum id quod fertur. id autem quod fertur est idem secundum substantiam. differens secundum rationem secundum quod preterea eius sunt in diversis locis similiter et instans. quod est mensura eius. tamen ergo substantia mobilis mensuratur evo. et motus eius tempore. et idem instans respondeat substantie mobili. et motum eius. seu tempus idem instans est temporis et evi. sed idem instans secundum quod fluens facit tempus. secundum quod manens unum facit evum. ¶ Sed ista positio

non enim posset stare, quia secundum istum modum evum parte sequeretur statum mobilis primi, quod est manifeste falsum. quia destructio motu primi, adhuc remaneret evum. ¶ Item destructio tempore necesse est destrui et instans ipsius temporis, cum sit ad esse temporis ut dicit Aristoteles 4 physicorum. Ergo si instans evi et temporis sit idem, ut dicit positio, de necessitate destructio temporis destruitur instans evi, et tamen evum falsum est. Ideo positio stare non potest. ¶ Et ideo dicunt alii quod evum et tempus non differunt. et est positio eorum quia esse fluxibile et esse stabile non possunt se compati simul. ideo cum evum dicatur mensura esse stabilis, tempus dicatur mensura esse fluxibilis sive mobilis. ideo dicunt quod evum et tempus essentialiter et formaliter differunt. Hec positio communis est, et hanc probat per Augustinum 4 super genesim: si non esset motus non esset tempus. idem dicit 12 de civitate dei. nulla causa est cuius mutabilitate preterita tempora esse tempora non possunt. et tamen constat quod tunc esset evum. ergo si de tempore non esset, et de evo non propter, patet quod differunt essentialiter. ¶ Ad primum argumentum dicendum quod secundum communem accipitur tempus quod timide et communiter, et tunc comprehendit omnes durationes creatas. aliquando autem accipitur proprie, et tunc distinguitur contra evum. Et per hoc patet ad 2m.

Quarto queritur utrum omnium temporalium sit unum tempus. et videtur quod sic, quia hoc dicit 4 physicorum. ¶ Item 14 metaphisice dicitur quod in quolibet genere oportet dare aliquid unum quod est mensura. sed omnia sunt mutabilia, ergo etc. dare unum tempus quod sit eorum mensura. ¶ Contra: multiplicato uno relativorum multiplicatur reliquum. sed tempus est mensura, quod refertur ad mensuratum. ergo cum sint plura mensurata, erunt plures mensure.

¶ Respondeo dicendum quod propter istam philosophi quidam omnes dicunt tempus esse unum solum, non solum genere vel specie sed etiam numero. sed in assignando causam magna est diversitas. nam quidam dicunt quod causa istius unitatis est materia, quia est principium variationis, et est eadem secundum essentiam in omnibus. sic tempus est idem secundum essentiam in omnibus, et est mensura variabilium. sed hoc non tenet hodie, quia plura falsa supponit. nam materia non est eadem in omnibus secundum essentiam, ut infra probabitur. Item cum substantie spirituales habent materiam, si tempus sequitur materiam, ergo et substantie ille ratione sue materie erunt sub tempore. Item si materia per suam essentiam est variabilis, tunc unumquodque habens materiam esset variabile. ¶ Alii dicunt quod est unum quia est numerus, sicut patet per eius diffinitionem. numerus autem est idem plurium numeratorum. sic dicit philosophus 4 physicorum. sic supposito, cum tempus sit numerus, est omnium temporalium idem. Sed istum modum improbat commentator super 4 physicorum, quia hic quod numerus qui est idem plurium numeratorum est numerus mathematicus. tempus autem est quid physicum. ¶ Alii dicunt quod tempus sequitur motum per modum linearis dimensionis, et dicit quod numeratur per modum longitudinis. ideo tempus est tantum unum, sicut una linea non compatitur secum in ipsa easdem dimensiones plures lineas. sed hoc non valet, quia licet una linea non compatiatur secum aliam in ipsa easdem dimensiones, compatitur tamen in ipsa alienas. sed tempus non sic, quia unum tempus vel una dies numquam aliquo modo aliam secum compatitur. ¶ Alii dicunt secundum intentionem Aristotelis et suum commentatorem 4 physicorum quod tempus est unum ab unitate primi mobilis, cuius motus est continuus et uniformis. tempus non sic, dicit commentator; aliter comparatur ad motum primi mobilis, aliter ad alios motus. nam ad motum primi mobilis comparatur ut mensura ad mensuratum, vel ut accidens ad subiectum; ad alios autem ut mensura tantum. omnes enim motus alii mensurantur, sed nullus est temporis subiectum nisi motus celi tantum. et ideo tempus primo mensurat motum diurnum, et per illum omnes alios motus. et ideo cum ille motus sit unus, necesse est esse unum tempus. ¶ Sed iste modus non sufficit,

potest, quando cessante motu primi mobilis adhuc est vel potest esse motus. quia cessante illo motu posset moveri rota figuli, secundum Augustinum. ergo cessante motu primi mobilis adhuc est vel potest tempus esse, quod non esset possibile si tempus esset tantum in motu primi mobilis sicut in subiecto. ¶ Item nulli est dubium quod post diem iudicii, quando omnis motus primi mobilis cessabit, quando corpus gloriosum posset moveri. et non potest dici quod ille motus mensuretur tempore quod est in primo mobili. ergo oportet quod sit dare tempus in aliis motibus sicut in subiecto. ¶ Ideo gloriosus alius modus est dicendum quod tempus contingit accipere dupliciter. Uno modo dicitur tempus duratio rei corporalis vel variabilis, que est ei absolute mensura. Alio modo dicitur tempus id quo intellectus noster durationes rerum mutabilium certificat. quod non sit accipere tempus isto dupliciter modo dicunt rationes quod predicte rationes adducte fecerunt. omnes ad hoc tendunt quod non sit unum tempus solum. hoc tamen sic patet per hoc consideratum: quelibet enim res habet suam quantitatem mensuratam, et tamen semper sit in intellectu vel mundo. et quelibet res habet suam durationem absolute consideratam, quam durationem necesse est esse tempus, cum non sit eternitas nec evum. et illo modo tot sunt tempora quot sunt mensurata variabilia et mutabilia. Alio modo sumendo durationem rei id quo noster intellectus certificat de eius quantitate et mutabilitate et variatione, non est nisi unum tempus, scilicet motus circularis celi stellati, quod est regularis et uniformis ad omnia. hec est distinctio sanctorum, potest haberi ex dictis Aristotelis. ¶ Argumenta patent per distinctionem iam datam. ¶ Et eodem modo est dicendum ad quartam questionem, utrum omnium eviternorum sit unum evum, distinguendo de evo sicut de tempore.

Quinto queritur utrum in evo sit successio. et videtur quod non, quia mensura et mensuratum sunt proportionabilia. sed esse eviterni est simplex, ergo evum est simplex. quod autem est simplex non est in prius et posterius. ¶ Item si in evo sit prius et posterius, sit prius a et posterius b. tunc quero: a et b sunt simul aut non. si sic, non est ibi prioritas et posterioritas. si autem non, ergo necesse est quod adveniente b recedat a, et sic est ibi innovatio et corruptio, quod est falsum. ¶ Contra: angelus non peccavit in primo instanti, sic probat Augustinus, et est articulus; sed postea peccavit. sed ubi est prius et posterius est successio. ¶ Item Anselmus prosologion dicit: angelorum eternitas nondum habet quod futurum est, sicut iam non habet quod preteritum est. sed tunc totum presens est; ergo est preteritum et futurum. ¶ Respondeo dicendum quod quidam dicunt quod in evo non est successio. et est eorum ratio, quia ratio mensure debet accipi secundum rationem mensurati. sed esse eviterni est intransmutabile et non innovabile nec inveterabile. ergo nec mensura eius, que est evum, habet inveteratorem vel innovatorem. ¶ Sed ista ratio non videtur necessaria, salva pace eorum, quia si ita est, deus non potest adnichilare unum angelum etc. Item preteritum est presens. Item in eodem instanti angelus est innocens et peccator, sicut patet hoc considerati. ¶ Ideo est alia positio, quod evum est mensura non simplex, sed habens prius et posterius. sed hoc potest intelligi dupliciter: vel quia recipiat successive esse suum, id est partem post partem, vel quia totum suum esse est totum in quolibet nunc ipsius evi et continuatur. Primo modo aliter non est radius a sole successive et continuative. nam radius a sole non est successive quod prius fiat una pars et post alia, sed tota fit simul. fit tamen successive per quandam continuationem. primus non non sic, sed successive, ita quod una pars post aliam. Item delectatio et visio est tota simul, ut ethicorum, et tamen dicimus quod durat. ¶ Ad 1 dicendum quod est bene procedit, quia licet angelus sit simplex secundum tamen durationem non est simplex omnino. ¶ Ad 2m dicendum quod licet eviterno non acquiratur novum esse, acquiritur tamen maior continuatio.

Et hoc platonicum quia unum simplex non est maius dicendum, sed si evum esset totum simul, tunc tamen duraret unus angelus quam fieret quam ille qui fuit ipse primo qui est ingens. Item verum est dicere quod angelus et fuit et erit. sed esse preteritum non est esse futurum, quod nunc non esset si in angelis non esset successio. Item omnis causa necessario cadit a deo, ergo et omnis peccates ei necessario cadunt a deo et in infinitum. unde non cadit a deo nisi finitum. sed habere totum suum esse simul sine successione est proprium dei, ergo causa ab hoc cadit; non autem cadere si non esset successio.

Circa 2m queritur primo utrum sit dare celum empyreum. ¶ 2o utrum influat in nos. ¶ Quantum ad primum videtur quod non sit ponere celum empyreum, quia a philosopho ponitur stellatum esse speram ultimam. sed si esset aliud ultra stellatum, non esset ultimum. ¶ Item videtur quod si est, quod sit mobile, quia omne corpus naturale est mobile. sed empyreum est naturale, ergo etc. ¶ Item videtur quod sit corruptibile, quia vox non potest fieri nisi in medio corruptibili. sed in eo est vox beatorum deum laudantium, ergo etc. ¶ Contra glossa super primo: in principio creavit deus celum et terram. non autem potest dici quod intelligatur de stellato, quia id fuit factum 2a die. ergo oportet dare aliud, et id dicitur fuisse esse empyreum. ¶ Respondeo: celum empyreum esse sola fide et scripture auctoritate tenemus, quia nulla ratione hoc probare potest, eo quod non per se nec per accidens sub sensum cadit, nec proprietas potest de eo demonstrari. sed bene possunt aliqua congruentie probari ex suppositione. unde posito quod sit, oportet quod sit capacissimum, quia omnia alia infra id narrantur esse facta in scriptura. quia quanto spera est maior, tanto est capacior. sed illa spera est ultima, quia alie sunt infra; ergo est capacissima. ¶ Item cum illa spera sit a terra remotior, ~~tanto est eius dyametro est maior~~ quanto maior est dyameter, tanto maiorem circulum necesse est concludere, 2 euclidis. ergo si celum stellatum continet tot stellas fixas quarum quelibet est nonagesies maior terra secundum Alphraganum, et quelibet alia stella visibilis sit decies octies maior terra, consideratio ergo quante quantitatis sit illa spera. ¶ Item credendum est esse quietum, quia nulla necessitas cogit id moveri, nec aliquo experimento potest probari aliquod eius vestigium motum. ¶ Utrum autem sit luminosum satis congruit credendum, quia status beatorum. 10. sed queritur quare non videatur, cum sit ita magnum. dicunt quidam quod est quia radios non emittat, et ideo non videmus. et ponunt exemplum de igne in spera sua, qui cum sit luminosus, quia tamen radios non emittit, ideo non est nobis visibilis. hoc tamen ratio videtur implicare contraria, quia lumen non est aliud quam diffusio lucis in corpore dyafano. nec radius est aliud quam diffusio lucis primarie. in hoc enim differt lux primaria a secundaria vel accidentali, quia lux primaria dicitur que radiose et directe a corpore luminoso procedit; accidentalis autem que ex radiorum incidentia cadens ab ipsis radiis obliquo parte se diffundit. Item exemplum falsitatem continet, quia ignis in spera sua est corpus dyaphanum, cum preberet transitum visui, quia aliter nec solem nec lunam videre possemus. nullum absolute dyaphanum est luminosum, nec econverso. hoc enim patet ad sensum, quod partes luminose solis et lune et aliarum stellarum non preberent transitum, cum partes non luminose prebeant experientie. et ideo concedo sit de sua luminositate. ratio tamen quam secundum istos non videatur non valet. credo enim bene quod sit luminosum, et per consequens radios emittit, quia aliter proprius effectus actu privaretur, quod est secundum dominum et philosophum in primo celi. sed queritur quare non videantur a nobis isti radii. credo quod sit aliunde. quod autem sit causa preciosa necessitatio, nisi quod potest impedimentum esse ex multis causis simul incidentibus. et si una non sufficit, quia propter debilitatem visus nostri et propter elongationem nimiam, sicut de inapparitione aliquarum stellarum, et propter corpora interiacentia impeditionem, eo quod partes stellate sic interiacentes non permitterent visum transire, et similia. credendum est quod id corpus sit uniforme et incorruptibile, quia sic decet habitatores suos. ¶ Ad primum igitur dicendum quod ultima spera dicitur dupliciter: vel quantum ad apparentiam sensibilem, et sic loquitur philosophus; vel quantum ad existentiam rei, et sic celum empyreum est ultimum. vel philosophus non ad istud devenit. ¶ Ad 2m dicendum quod corpus naturale dicitur dupliciter: vel quia natura facit et agit, et sic corpus empyreum dicitur naturale. sed illa regula non est universalis, quod omne naturale sit mobile. 2o modo dicitur naturale quod naturaliter prius

est, et sic habet veritatem. sed non dicitur naturale corpus empyreum isto 2o modo. ¶ Ad 3 dicendum quod in scriptura laus vocalis hominum beatorum sit, ut dicit Ysaias. quasi autem hoc fiat varie sunt positiones. dicatur ad presens quod vox autem hoc quod fiat non requirit medium scilicet variaz frangibile ratione sue diffusionis, sed solum in loco sue formationis. beati autem habebunt contemplatione aere in pulmone et in locis instrumentalibus voci formantibus, per cuius motum poterunt formare vocem, cum videamus quod unum anima quia naturaliter habent contemplatione aerem, secundum philosophum de sompno et vigilia. in loco autem diffusionis non requirit variaz frangibile, sed solum dyaphanum, quia eius multiplicatio est intentionalis et non realis per se. unde philosophus 2o de anima dicit quod sensus est susceptivus specierum sine materia. ergo id quod est in sensu de sensibilibus non est de variabile vel reale, sed intentionale solum, ad cuius diffusionem sufficit medium dyaphanum. certum est autem quod corpora illa sunt dyaphana, et ideo potest fieri in eis vocis multiplicatio, sive non corpora illa non sint solida in toto vel in parte, sed frangibilia, sicut Ptolomeus vult. tunc plana est ratio. nec secundum hoc quod sit corruptibile, quia sit frangibile illa natura, quia non fit aliquod corpus ex illa, nec tenditur in non, sed remanet sub propria forma.

Secundo queritur utrum influat aliquid in ista inferiora. et videtur quod sic. in omni ente completo est ponere hec tria: substantiam, virtutem et operationem. sed id est perfectum, ergo hec tria habet. sed omnis operatio corporum celestium est per influentiam, ergo etc. ¶ Contra: angeli sunt nobiliores celo empyreo, et tamen non influunt per causalitatem super res aliquas. ¶ Respondeo dicendum quod aliqui dicunt quod nullam habet influentiam. cuius ratio est secundum eos, quia nullum corpus influit nisi per motum, cum et anima in hoc deficiat ab intelligentia, quod non imprimit in res nisi movendo eas, ut dicitur in libro de causis. multo minus autem corpus. nullum autem corpus movet nisi motum. unde et celum non causat generationem nisi per motum. ergo si empyreum ponatur immobile, non poterit hoc aliquam influentiam facere. Racio quod autem sit de positione, ratio tamen non videtur bona. et supposito primo contra scripturam, que dicit celum stetisse, Iosue x, et tamen influebat sicut modo lumen, et facta fuit una dies quasi due. Item motus non videtur ratio agendi corporibus, cum sit eis accidens. ergo circumscripto omni accidente a quocumque corpore, adhuc poterit habere suam naturalem operationem, quod habet a sua forma naturali, quia unumquodque agit per formam suam. motus autem sic tamen accidentia posterius est tempore et diffinitione, scilicet metaphisice, et sic non potest ei dare formam per quam agat talem influentiam. Item quod dicunt nullum corpus movere nisi motum, dato quod hoc sit, non tamen probatur influentia. non enim est necesse quod omne corpus per suam influentiam moveat aliud corpus. exemplum est secundum astrologos, quod sol illuminat lunam et stellas influendo in eas, et tamen non movet illas. ¶ Alii non dicunt quod habet influentiam propriam et naturalem. cuius ratio est hoc, quia corpus de omnibus commune suam similitudinem generare, sicut probat est ipse experientia, quia similitudo est suus naturalis effectus et primus et immediatus. cum autem generatio talis speciei cuiuslibet corporis fiat in aliquo ex ipsis corporibus generans, et sic necesse est habere omne corpus influentiam hoc. Item commentator ponit scilicet et philosophus non esse otiosum in natura, et non est dare aliquam stellam que non habeat operationem et actum convenientem sine necessitate forte. immo ita fuit firmatum hoc apud philosophum, quod otiose essent intelligentie non moventes corpora, xi metaphisice. ergo cum empyreum sit spera dignior omnibus inter omnes alias, non est de eo negandum quod omnibus aliis datur. quod autem sit ista influentia vel operatio non est certum. et forte possumus dicere quod sit influentia per quam alie res conservantur in suo esse. et hoc non senciare Augustinus 3 de trinitate, vel ut alii dicunt quod quo inferiora reguntur et conservantur per superiora. ¶ Ad argumentum dicendum.

2a po. henric. bon. po pa. fac. 9. 2a po. ut ipse ponit. si diu voluntas aliqua eminentia ad hoc erit

quod minor est falsa, immo bene habent angeli suam operationem in res istas inferiores cum sint motores orbium. D. 3

Circa d. 3 circa quam principaliter inquisita [illegible] vniuersaliter. Et primo circa eorum simplicitatem. Secundo circa eorum personalem distinctionem seu separationem. Tertio circa eorum naturalem bonitatem. Quarto circa eorum naturalem cognitionem. Quinto circa eorum naturalem dilectionem. Circa primum quaeruntur duo. Primo utrum in angelo sit compositio ex esse et essentia. Secundo utrum in angelo sit compositio ex materia et forma.

Primo igitur quaeritur utrum in angelo sit compositio ex esse et essentia. Et quod sic videtur, quia secundum Augustinum 7 de Trinitate sola divina essentia est quicquid habet, ergo nulla alia. Sed habet esse, ergo differt ideo esse et essentia. Item quaecumque aliqua duo ita se habent quod unum potest intelligi sub opposito alterius, illa differunt. Sed ita se habent esse et essentia creata, maior est manifesta, probatio minoris, quia potest intelligi esse non cogitato eam esse, exemplum de rosa. Item differt acquisitum et id cui acquiritur. Sed essentiae acquiritur esse, probatio minoris: nulla res creata habet esse a se, ergo oportet quod ei acquiratur esse ab alio, ergo omne esse est acquisitum, et sic in angelis cum habeant esse. Item omne quod est in potentia respectu alterius quod est ei actus differt essentialiter ab eo. Sed essentia vel quidditas angeli est in potentia respectu esse eius, et esse ei est actus eius essendi, non de se non dicit actum, quia sic esse non habet actum de se quod non habet nisi a forma. Esse autem de suo intellectu actum dicit, ergo differunt. Item nullum huiusmodi esse est simpliciter non ens. Sed esse quocumque alio diviso concepto non potest dici simpliciter non esse, ergo habet esse, et non differt essentialiter ab ea. Item esse angeli aut est additum aut non. Si non, potest dici quod sit non, ergo est additum. Si non est additum in angelo, ergo est additum in se, ens per se, ergo etc. Contra: aliquis in angelis est ponere compositionem esse et essentiae sicut ex diversis naturis. Dicunt enim quod in rebus compositis ex materia et forma natura rei quae est quidditas vel esse resultat ex coniunctione formae ad materiam, ut humanitas ex coniunctione animae et corporis. De ratione vero quidditatis est igitur ut huiusmodi quod sit composita, quia numquam invenitur simplex natura, quod est similiter ideo nec de sua ratione est quod sit simplex, cum quaedam inveniantur compositae. Esse vero, per quod res dicitur esse actu, invenitur diversimode habere ad diversas quidditates, quia ad quidditatem divinam ita se habet quod est de ratione sua, et non habet esse acquisitum, immo ipsum esse est sua natura. In omnibus vero aliis esse non est de quidditate essentiae, quod patet ex hoc quod potest intelligi igitur praecedendo ipsum esse, exemplum in eclipsi, et tali quidditati acquiritur esse ab alio. Volunt ergo quod essentia non est ipsum quod est, sed est id quo aliquid est, verbi gratia humanitate est aliquis homo. Et hoc intelligas in omni quidditate composita ex materia et forma. Sed quidditas simplex ut angelica, quia non fundatur in aliquibus partibus, subsistit in esse quod sibi additum acquiritur, et ideo ipsa quidditas angeli est quod subsistit, et ipsum suum esse quod est praeter quidditatem suam est id quo est, sicut motus est quo dicitur aliquid moveri, et ideo ipsa quidditas est sicut potentia, et suum esse est acquisitum sicut actus. Et hanc autem in ista positione sint plura dubia quae eadem facilitate conceptu [illegible] explanentur, quaedam tamen sunt ad praesens investigatione digna. Primum est quod in omni re creata differt esse et essentia sicut duae res. Secundum est quod omni naturae creatae acquiratur esse, propter quod oportet quod essentia huiusmodi differat ab eius esse. Tertium est quod in rebus compositis esse vel quidditas est quaedam causata ex coniunctione partium. Quartum est quod quidditas compositorum non subsistens est sed quo aliquid subsistit, quidditas vero simplicium est ipsum subsistens et quae res est. Quantum autem ad primum horum quaeritur sic: sicut primum quando sit, circumscripto omni alio diviso ab esse, tunc vel esse angeli

est aut non est. Si est, ergo de eius ratione est esse, et sic non differt ab ea realiter. Si essentia non est, ergo aliquid esse destruitur per destructionem alicuius diversi ab illa, quod non est ipsi principium vel causa, sed hoc est impossibile, quia destructo homine destructo equo vel asino. Item ipse esse possibile est solum materiale esse vero actuale ipse non est nisi formalis, quia medium ergo cum esse non sit nisi actualis est formale, et tunc est materiale et pure potentiale. Si vero esse sit formale, tunc includitur in ratione formae esse actuale, et sic esse angeli non differt ab esse eius. Item esse si est additum, ergo est aliquod esse, et esse non habet de se esse, ergo quod est non habet esse, non contradictionem implicat. Item si esse additur alicui ad essentiam aut substantia aut accidens. Non accidens, quia substantia habet esse per accidens, quod est impossibile. Si vero additur substantiae, tunc aut est materia aut forma vel compositum, non materia quia essentia esset eius forma, et recipit praeter materiam in sua forma, quod est absurdum. Nec est forma, ergo essentia est eius materia, et tunc sicut cum quaelibet quidditas includat in se suam formam et per consequens esse, ergo esse includit de se esse, ergo non differt ab eo. Item si esse est accidens substantiae, tunc substantia habet esse antequam habeat esse, quia substantia est prius suo accidente. Item esse est aliquid esse, verbi gratia, aut est eadem essentia aut alia. Si eadem, habeo propositum. Si alia, parum ponere quaeritur de alia etc. Secundum falsum quod ponit ista positio est quod esse est acquisitum omni naturae creatae, propter quod dicunt quod oportet differre acquisitum et cui acquiritur. Quod autem hoc sit falsum probo, si propter hoc oportet esse realiter differentia illa duo, scilicet esse et essentia, quia esse est acquisitum ab alio, aliter tunc essentia est ab alio aut non. Si non, est ab alio, ergo est a se. Si vero est ab alio, est acquisitum, quia omne quod est ab alio est acquisitum, et sic sequitur vel quod essentia est deus, quia non ab alio, vel quod est acquisita, et tunc non differt ab esse, quia differt a se ipsa, quod non est intelligibile. Tertium quod ponit ista positio est similiter falsum, quia ponit quod esse rei vel quidditas sit aliquid compositum ex principiis, quia ponit quod compositum est quod subsistit, sed quidditas est quo subsistit, exemplum ut homo est quod subsistit, sed humanitas quo subsistit. Quod autem sit falsum probo: impossibile est quod esse alicuius rei sit aliquid essentialiter aliquid [illegible] ipsa, hoc patet per se, et hoc tam in simplicibus quam in compositis, eo quod essentia cuiuslibet rei est quod maxime est idem sibi. Sed potest dici quod esse compositi est aliquid ab ipso composito, quod est impossibile. Item quartum est similiter falsum, quia quod quidditas compositorum sit magis formalis quam quidditas simplicium, sicut ipsemet dicit, quidditas est id quo compositum subsistit, et quidditas simplicium est non quo sed quod subsistit. Sed magis est formale id quo res est quam id quod res est, nam quod alteri subsistit est materiale respectu eius cui subsistit. Item mirabile est de ista positione, quae ponit angelum esse formam simplicem, et tamen dicit esse compositum ex esse et essentia sicut ex diversis naturis, quod ponere est contradictionem implicare. Est ergo dicendum quod nec magis nec minus in aliquo ente actuali et perfecto est dicenda compositio ex esse et essentia tamquam ex diversis naturis, eo quod omnis esse de sui ratione et intellectu includit esse et aliquam actualitatem secundum magis et minus, et hoc dico propter materiam, quae licet non dicat perfectam actualitatem, tamen aliquam dicit, sed imperfectam, perfectam tamen per formam. Unde generaliter dicendum est quod esse et essentia penitus dicunt idem, solum differunt in modo significandi et accidendi, tam in simplicibus quam in compositis. Ad primum dicendum quod peccat secundum consequens, quia bene verum est quod sola divina essentia propter suam simplicitatem est quicquid habet, quia in eo nulla omnino cadit diversitas, nec essentialis nec accidentalis, quia nec ipse est composita, nec aliis componibilis, nec habet partes, nec accidentalis adhesionis, quia nullum accidens potest adhaerere ei, quorum contraria inveniuntur in creaturis. Sed ex hoc non

sequitur quod aliquid creatum non sit additum quod habet, licet non sit quicquid habet. Ad secundum dicendum quod maior est simpliciter falsa, quia in omni natura eo est de intellectu essentiae ut dictum est. Quod autem dicitur quod esse potest intelligi non intelligendo esse eius, dicendum quod quando dicitur habere diversos modos significandi et intelligendi non est inconveniens quod intellectus apprehendat rem sub uno modo ita quod non sub alio, exemplum de albedine quam possum intelligere non intelligendo quod ea aliquid sit album, sed haec diversitas non est rei, sed solum considerationis intellectus, nam in re non est ponere albedinem quin ea aliquid sit album, et sic est de essentia. Ad tertium dicendum quod esse rei creatae est acquisitum quod dupliciter potest intelligi: aut quia id quod est est acquisitum, quia res creata non est a se sed ab alio, et hoc modo, et tunc habet veritatem; aut quia dicatur acquisitum alicui praeexistenti, et sic est falsum, esse enim rei creatae non est aliud acquisitum quam essentia, sicut esse est de ratione sic et esse quia idem sunt. Augustinus autem procedit in secundo sensu, aliter non concludit. Ad quartum dicendum quod non esse angeli nec alicuius rei est in potentia respectu esse proprii nisi aliquo modo, nisi respectu esse perfectionis, et hoc est solum in esse materiali vel potest esse materiale.

Secundo quaeritur utrum angelus sit compositus ex materia et forma. Et videtur quod non, Dionysius de divinis nominibus 4 dicit quod primae sunt immateriales et incorporales intelliguntur. Item nulla forma existens in materia est actu intellecta, sed in potentia tantum, quia ad hoc quod forma sit intellecta actu oportet quod abstrahatur a materia. Sed omnis substantia spiritualis est actu intellecta, quia nos non facimus ea intellecta sicut facimus sensibilia. Ergo nulla substantia spiritualis habet materiam. Item operatio cuiuslibet rei est secundum modum suae substantiae, quia non potest esse maioris actualitatis et simplicitatis operatio rei quam sit substantia eius. Sed intelligere est operatio omnino immaterialis, quod patet ex octavo(?), quia unumquodque in tantum intelligitur inquantum a materia abstrahitur. Ergo cum intelligere sit propria operatio angeli, non potest habere suam substantiam materialem. Contra Augustinus de trinitate [illegible] nullum simpliciter est mutabile, angelus est mutabilis, quia est factus de bono malus, ergo etc. Sed si non est simplex est compositus, sed non ex partibus quantitativis, ergo relinquitur quod est ex materia et forma. Item Isidorus de summo bono: ideo omnis creatura est mutabilis quia habet materiam. Item Commentator 9 Metaphysicae: sol et luna habent materiam sicut intellectus. Responsio. Circa istam quaestionem est duplex opinio satis solemnis. Quidam enim extendentes intellectum suum ultra materiam corporalem negant omnem substantiam spiritualem habere materiam, propter rationes factas pro ista parte. Ista autem positio salva pace sua habet multas auctoritates contra se, sed si huiusmodi non movetur rationibus impugnatur. Philosophus 7 Metaphysicae facit talem rationem: quod omnibus aliis substat et sibi nihil, magis est substantia. Sed materia est huiusmodi, quia substat formae et omnibus accidentibus et sibi nihil, ergo materia est magis substantia. Ergo cum substantiae generatio(?) [illegible] materia per se, oportet quod si alicui alii generatur non per materiam. Sic dicit Philosophus primo Physicorum, exemplum de triangulo, cum per se quod habet tres et nihil aliud putat Ysocrates(?) non per triangulum. Ergo si angelus substat accidentibus multis, est per eos, oportet quod habeat per materiam. Item non potest esse igne substantia quae non participat rationem generis substantiae. Sed angelus est huiusmodi, quia est substantia, sed substantia sufficienti divisione dividitur in materiam et formam et compositum, haec autem materia et forma sunt partes essentiales ipsius compositi. Sed angelus est non pars alicuius istarum partium, immo non igitur sunt per se, ergo relinquitur quod sit substantia composita, et hoc est quod dicit Boethius quod ars rationis exemplis agit de medio. Item forma non est forma per se, sed forma per se est materia. Impossibile est enim quod aliqua forma per aliam formam informaretur, sed materia est quod habet per se formam informari

oppoitoz. pot tn se detinare p electoz. ul dr q uol
n se ht ad oppoit finis. q2 neo pot uelle ee miser. sz
bn r eoz. q sut ad fine qdiu restat finis. sz qn
e giucta fini neqq. sequit. 3. p. utm mali pos
Irca. 2m pncipale sint bn face. 2o. utru
eoz malitia possit augeri. 3o. utm obstinato
diminuit. arm. li. mali possunt bn face. 7 ui q sic
Primo qro. utm. q2 qn aliqs actus de se e bon. oim
facienti e bonus. sz credere do. e bon act. sic dic
bts. ia. tu credis q un e ds 7 bn facis. n pot dici q
loquat de fide formata. sz i formi. sz demones credut
ut i dr. g 7 c. Itm aut e ca expte di. a sua n
expte di. q2 no guti ad dm e qda defcus. 7 puato 7
ds no pot ee ca alicui defcus. n expte angli. q2 n
lia integra remaserut. ut dic. dyo. sz p data sibi nlia
potant gueti pus. g 7 m. q. glo. sr. i. q guerto xt
ad behal. 1. cor. x. dic. q sic xt. oia bn fecit sep. 7 fac
sic dya oia male. R. dr q differt dice. bon face
7 bn face. lz aliqn accipiat unu p alio. na bn face.
ponit ordine opis. r boue uolutatis. 7 finis debiti.
sz bonu face. n ponit bonitate n i ope. dya aut no
pot face n uni. s. bonu face. q e bon in gnere. sz no bn
qr aut h sit. difficile e bn uide. do tn q ca e ex
dbz gpleta. lz una n sufficiat. s. exit de statu merit
di. ut exca p. 2a. e ex i mutabilite eligedi. ut ex
ca sa. 7 ex firma uolutate i malo pseuerandi. sic
ex ca i mea. h 3. cause gucte sil. sut reddete. qr
demon n pot bn face. i. ad dm guti. n. n. pot ad
dm guti n recededo ab a tmo. aq. un uolutas d.
i malo quiescens. e ipole ad bon durate fixione i malo.
dr. g est. q lz diuisi sint assigre diuse rones.
s. sipx na. alii dut grauitate pcci. alii modu. q2
nllo suggerente. dco q ois iste sint i sufficietes.
supte pcise. sz ille. 3. quas dixi. sufficiut. Ad ar.
p. dr. q i d ubu bti iacobi. accipit. coit p bon

Sz n e clauru oibz lz coit sit uulgatu. q ibi sit ignis
cu nllaz ei pperate ondut. n q. s. eet. aliq spa ignis
debet ibi ee. q2 loc pissit e loc oiuz uia leuiu 7 pt
hoc hoc sauz. q nllij coz luminosi sunt traisire
radios alicul luminosi. un si ibi e ignis. si uenirt ad
nos radii stellaz. pt hoc si rueat. n triplex sper ignis pot accipi. ignis — carbo / lux / flama

facere, et non per bonum facere. [illegible]

[illegible]

Boni.

[illegible]

Secundo queritur utrum possit facere miracula [illegible]

[illegible]

Boni

sensibiles

[illegible]

[illegible]

n obstat si aliqn magni clerici hec faciat. ul' siqui faciat. qz ita peccat imo plus q alii. cu sic q sacras scripturas facit talia facta cu demonibus dei ad ilusionis.

Item. q. 9. inquisito magistri usque circa. 3a. sic circa corpora assumpta. circa statum appitio. circa hominis vexatos.

[illegible]

Item 2m principale queritur. circa. Primo utrum itali apparitionibus quas scripturam ponit. [illegible]

[illegible]

q in inferno ul in paradyso existunt. [illegible]

[illegible]

Item 3m principale queritur 3o. Primo utrum demon possit ludificare sensus nostros. [illegible]

[illegible]

medii densioris. q sunt p fractam radiorum [illegible]

[illegible]

q̄ tn̄c poss̄ intē nniuersale · q ipē ag̃ negat · 12 · sr̄ gen · in tn̄c n̄ pot n̄ tales cogitatiōnes · ab ip̄o mēte in corpe · ut p̄ehēnt uires inferiores · a suis actib; aliq̄ lr̄ · r sic poss̄ bn̄ anē · si nō cogitatiōnes n̄ sūt pure speculatiue · s; affectiue · tn̄c ēt q mixta sūp actib; · qn aliq̄ signa n̄ apparent in corpe ...

[illegible]

Jrca · 2m · pncip̄e · q̄rit 3a · vtrū ad singlos ordinēs assumant hoīes · 2o · vtrū fiat x · ordo · 3o · q sint plures angli boni ul' hoīes saluati.

P̄mo qro · ucrū ad singlos ordinēs ordinēs assumant ho mines ...

[illegible]

Jrca · 4 · x · ī g'siti magri ūsat pncipale ca 3o · p̄ circa anglos missiōe · 2o · circa mi ssionis effcm · 3o · circa anglos ad inuicē locutiōnē.

P̄mo qro · vtrū anglī mittant ...

[illegible]

quoz · 9 · ōi dic̄ nōitat̄ Tmuss̄ g̃ — angli, archangeli, uirtutes, potestates, ... cherub, seraphī.

rāt̄o delineat̄ · cherub · p uno ī plurali · cherubin · ... cherubin · r tn̄c ē neutrū

omnia de novo creavit. Debuit enim propter ordinis pulchritudinem regere infima per media et media per suprema, ut dicit Dionysius angelicae hierarchiae 3(?). Et quia inter homines et angelos est ordo et connexio, quia utrique sunt ordinati ad beatitudinem et facti sunt unam completam civitatem, sed quia angelus est superior in via et in gloria, decens est ut adiuvet suum concivem fratrem [illegible] in via et miseriis ambulantem in via quousque perveniat ad patriam. Non omnis ita [illegible], ut ille non doceat aliquis fratrem suum. Hoc autem facere angelus non potest nisi [illegible], quia non potest esse hic cum est in caelo. Ideo venit ut [illegible], ut instruat et informet et elevet nos ad complementum numeri fratrum et concivium suorum. Et ideo dicitur quod angeli ad nos mittuntur. Ad argumentum dicendum quod deus non mittit propter suam indigentiam, sed propter ordinis decentiam, et decet nobilissimum regem honorabiles et [illegible] nuntios habere. Ad secundum dicendum quod angelus potest similiter convertere se ad plura non solum per gratiam sed et per naturam, quia et homo potest sic, patet, quia non solum coniuncta et ordinata intelligit uno intuitu, verum etiam opposita quae ea comparat ad invicem vel apprehendit diversitatem quorumcumque diversorum. Ergo multo magis potest convertere se ad deum et ad nos simul. Et ideo Augustinus dicit quod in beatitudine non oportebit animam se avertere a corporibus ad hoc quod intelligat naturas spirituales, quia simul poterit sua intuitione utrisque intendere, sicut dicit Augustinus Retractationum c. x, ubi dicit 19(?) de trinitate.

Secundo quaeritur utrum omnes mittantur. Et videtur quod sic. Apostolus dicit ad Hebraeos 1: omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi. Eorum quae habetur [illegible] omnes mittuntur. Contra: Dionysius dicit de angelica hierarchia quod illi qui praeeminent usu exterioris officii non exeunt. Respondeo dicendum quod quidam dicunt propter auctoritatem Dionysii allegatam quod non omnes mittuntur, sed soli illi de inferiori [illegible] iuxta nomen suum, et sufficiunt. Sed cum apostolus dicat quod omnes sunt administratorii spiritus etc., non sufficit quod dicunt. Et ideo alii dicunt quod omnes mittuntur, sed differenter, quia frequenter inferiores, superiores vero de gratia speciali. Nec hoc placet aliis, quia dicunt quod si superiores de speciali gratia mitterentur, numquam fuit maior gratia quam illa quae fuit annuntiata conceptio Christi, et tamen dicitur fuisse Gabriel archangelus, propter quod satis videtur quod sicut non fuit missus superior, quod numquam debeat mitti. Et ideo dicunt alii quod duplex est missio, scilicet interior et exterior. Si loquimur de interiori, qua mittuntur superiores nuntiare inferioribus divinam voluntatem quae debet exequi circa homines, omnes mittuntur, et sic intelligitur verbum apostoli qui dicit omnes sunt administratorii spiritus. Sed non est quod hic quaeritur. Si vero loquimur de missione ad exterius, sic dicitur quod mittuntur de quinque ordinibus, scilicet de tribus inferioribus et duobus mediae hierarchiae, scilicet potestates et virtutes, quia nomina istorum imposita sunt ab officio exteriori, quia illi ad coercendas aereas potestates et isti ad facienda miracula, et isti qui sunt in inferiori hierarchia. Sed illi qui sunt in superiori hierarchia et unus ordo de media, scilicet dominationes, sunt semper intenti contemplationi et dicuntur ei semper assistere, et sic tenet. Per ista patet utrumque.

Contra secundum principale quaeritur utrum veniens angelus illuminet nostrum intellectum. Et videtur quod non, quia Iohannis 1 dicitur: erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Item Augustinus in libro de magistro dicit quod solus Christus docet. Contra: revelationes prophetiae fiebant per angelos, sed hae non sunt nisi quaedam illuminationes et spirituales instructiones. Sicut Dionysius dicit: divinus radius nobis mediantibus angelis coruscat. Respondeo dicendum quod obmissis variis modis qui sunt circa istam quaestionem, quod illuminare intellectum est facere cognoscere, quod patet per eius oppositum, quia scire [illegible] ignorantia dicitur ei tenebra. Istud autem cognoscere potest esse vel formaliter per motum vel habitus vel causaliter. Primo modo cognoscit intellectus per habitum cognoscibilium. Secundo modo potest esse pluribus modis,

quia uno modo tradendo virtutem intelligendi et datam conservando non solum in esse sed et in inclinatione(?) ad actus debitos exercendos, vel habitum cognitivum immediate dando, sicut legitur esse datum aliquibus in gratiis gratis datis, et talibus modis illuminat deus. Angelus autem dicitur illuminare vel praesentando phantasmata vel excitando iam habita in memoria. Et per ista patet quid sit dicendum ad argumentum. Si autem quaeratur utrum possit affectum inflammare, dicendum quod solus deus potest inflammare affectum, id est affectum inflammare tribuendo, scilicet caritatem. Sed angelus bonus potest sicut praedicator bonus excitare ad devotionem, ut iam dictum est.

Contra primum principale quaeruntur duo. Primo utrum in angelis sit locutio. Secundo utrum requiratur distantia localis in locutione.

Primo quaeritur [illegible] ... et videtur quod non, quia sicut se habet locutio ad loquentem, sic auditio ad audientem. Sed in angelo non est dare aliam auditionem ab auditione(?), ergo non erit dare aliam locutionem quam cognitionem. Sed per cognitionem non loquitur alteri sed solum sibi. Unde Augustinus 19 de trinitate dicit quod in angelis visio et auditio non differunt. Contra: glossa dicit super 1 Cor.: si linguis hominum loquar et angelorum, quod angeli loquuntur hominibus. Respondeo dicendum quod sicut omnis habens apprehensionem et appetitum sic potest exprimere talem appetitum, sicut patet in pluribus. Unde gallus dat signum sui appetitus ut gallina accurrat, et columbus gemitu columbam vocat et filia(?). Sic patet Augustinum 2 de doctrina christiana. Sic erit in creatura rationali maioris gradus perfectionis. Unde oportet ponere in angelis suae apprehensionis et appetitus expressionem, quae in natura rationali locutio vocatur, quia locutio nihil aliud est quam conceptus rationalis voluntaria expressio. Licet autem ad alium facta in hoc omnes concordant, sed dare modum istius expressionis difficile est, et sunt varii modi dicendi. Et ideo utrorum pluralitate dimissa, est unus modus satis rationalis, qui sic dicit quod modus agendi cuiuslibet formae debet accipi penes potentiam mediante qua forma illum actum operatur, quia principium proximum et immediatum omnis operationis est potentia, et ideo ei actus suus appropriate debet accipi secundum naturam potentiae, cum ab illa dependeat. Sic autem angelus potest ex se apprehendere per actum virtutis apprehensivae conceptum omni operatione ad corpus et ad locum quantum est de se, sic potest eundem alteri manifestare conceptum per actum virtutis expressivae, quae quidem virtus expressiva non differt realiter ab ipsa apprehensiva sed solum secundum rationem, quia omnino absoluta est a corpore. Nec est talis virtus passiva sed activa, agens actum expressionis in suum obiectum. Haec autem virtus in angelo quantum ad actum et operationem est subiecta voluntati. Unde quando vult et cui vult potest conceptum suum exprimere. Nec requirit talis expressio distantiam localem de necessitate, sicut potentiae organicae quae non possunt se reflectere super actum suum nec operari sine debita distantia. Unde philosophus 2 de anima dicit quod sensibile supra sensum non facit sensum, et dicit ibi excepto gustu et tactu, de quibus dicit quod caro est eis medium et non instrumentum. Et hoc videtur esse ratio sua principalis quare distantiam localem requirit: passibilitas potentiarum [illegible] sive impressio facta ab obiectis mediante medio, quod 2 de anima assignatur non videtur esse causa sufficiens, quia Augustinus 6 musicae dicit quod sentire non est pati sed agere, 12 super Genesim probat quod corpus non agit in animam, ex quibus vult quod tales actiones fiant ab anima non ab obiecto. Cum ergo virtus expressiva in angelo loquente et expressionis perceptiva in angelo audiente sit omnino ab organo absoluta et talis per se quod per actus tam mediate quam immediate sit et longe actu altior quam sensitiva in homine, non est quod ei operationi per se et ex necessitate non requirit medium aliquod vel distantiam corporalem. Sed potest esse per se aequaliter in distantiis localibus et indistantiis [illegible], et per actus potest in concursu medium vel distantiam localem. Per hoc patet quod angeli loquuntur et audiunt diversis locis et distantiis

[margin: eo quod agens nobilius patiente]

faciunt se praesentes. Si tamen omnis localis distantia deperiret, nihilominus sibi ipsis loquerentur. Praesentia ergo seu propinqua distantia non habet locutionem angelicam adiuvare, nec carentia seu ablata distantia habet eam impedire. Et sic dico quod potest angelus talem expressionem alteri facere manifestam. Ad hoc quod obicitur dicendum quod licet non differant visio et auditio secundum rem, differunt secundum rationem, quia visio est in se, sed auditio est alterius. Et per ea quae dicta sunt patet satis responsio ad quaestionem secundam de distantia. D. 11.

Contra distinctionem xi versatur inquisitio magistri de angelis circa duo, scilicet circa custodiam hominum et circa eorum profectum. Circa primum quaeruntur quattuor. Primo utrum angeli deputentur ad custodiam hominis lapsi. Secundo utrum singulis hominibus. Tertio utrum aliquis angelus fuerit deputatus Christo. Quarto utrum subtrahat custodiam hominibus.

Primo quaeritur utrum angeli deputentur ad custodiam hominis lapsi. Et videtur quod non, quia aut deus vult quod custodiatur aut non. Si non, tunc non custodit, quia faceret contra id quod deus non vult. Si sic, tunc custodire [illegible], quia dei voluntas sola sufficit. Contra Psalmus 62: super muros tuos etc. Dicit glossa: muri sunt apostoli, custodes sunt angeli. Ergo etc. Respondeo dicendum, sicut dictum est, angeli sunt praecipui executores divinae voluntatis, et per eos gubernat deus et regit statum universi, secundum Augustinum de libero arbitrio(?). Status autem universi propter homines est ordinatus ut reducatur ad deum, et ideo necesse est ponere angelorum custodiam ad regendam et gubernandam vitam humanam, quam tamen tria nobis facere, quia admonent auxiliando defendunt ne corporaliter opprimamur, secundo ne nimis ad peccandum impellamur, tertio ad instigandum nos per occultos instinctus in bonum. Ex quibus patet quod tunc incipit nos custodire quando haec nobis possunt, scilicet mores informare et ad bonum instigare, id est ab animatione in utero usque ad exitum. Huic sententiae sancti et scriptura consonant. Ad argumentum dicendum quod licet deus possit per se hoc facere, vult tamen et congruum est ista committere propter connexionem et amorem inter nos et eos.

Secundo quaeritur utrum singulis hominibus. Respondeo dicendum quod circa istam quaestionem sunt duae opiniones. Quidam dicunt quod non solum homines sed alia creata custodiunt, sed differenter, quia homines singuli habent singulos, sed species aliarum creaturarum habent angelum custodem secundum genus(?). Sic de hominibus. Et alii non est credibile quod [illegible] habeant angelum deputatum de homine, autem non potest per certum nec per sanctos haberi. Nihil quod quilibet homo habet angelum custodem suum, et ideo dicunt quod magis est congruum quod unus inter eos custodiat [illegible] similes [illegible] generis habet suum. Quid tamen de hoc teneatur non est [illegible].

Tertio quaeritur utrum aliquis angelus fuit deputatus Christo ad custodiam. Et videtur quod sic. Psalmus: angelis suis deus mandavit de te ut custodiant te in omnibus viis tuis, quod dicitur de Christo, ut dicit glossa. Contra: custodiri non est nisi [illegible], sed Christi anima fuit beata in instanti suae conceptionis, ergo etc. Respondeo dicendum quod custodia proprie accepta ponit in custodito inferioritatem et deficientem possibilitatem et [illegible] distantiam et potentiam adversarii repugnantem, quorum nullum fuit in Christo, quia non fuit inferior, immo superior, et quantum ad humanitatem propter coniunctionem ad verbum nec intellectus potuit errare nec voluntas, cum esset immutabiliter confirmata et ulterius coniuncta non solum in ratione superiori verum et inferiori, et tota virtus excepta sola mortalitate voluntatis et potestatis retenta, adversarius nihil potuit contra eum, immo velle nolle cogebatur ei ipso obedire. Unde nullo modo habuit custodem sed potius ministrantem et famulantem; sic sonat evangelium: et ecce angeli ministrabant ei. Ad argumentum dicendum quod illud verbum Psalmi dicitur de capite non ratione sui sed suorum membrorum. Unde diabolus fallit

[margin: y.a] [margin: tho] [margin: q angeli ...]

allegavit, et glossa dicit intelligi quantum ad Christum capitis ratione membrorum.

Quarto quaeritur utrum subtrahat custodiam hominibus. Et videtur quod sic. Ieremias li: curavimus Babylonem et non est curata etc. Glossa dicit: medici sunt angeli, quos a nobis repellimus dum eorum consiliis non acquiescimus. Sed non repellimus nisi quia nos relinquunt. Contra: non est minus bonus in custodiendo bonum quam sit malus in persequendo. Sed malus numquam desinit impugnare, ergo nec bonus custodire. Respondeo dicendum quod duplex est custodia, scilicet generalis et specialis. Prima fuit dimissa cum synagoga cui praeerat Michael, qui modo est princeps ecclesiae. Secunda non [illegible] custodia scilicet singularis proprie dicitur eorum [illegible] qui custodiat. Utrum autem semper actualiter instigent ad bonum et removeant a malo actu vel solo habitu non est certum.

Contra secundum principale quaeruntur tres. Primo utrum angelo custodienti accrescat gaudium ex salute custoditi. Secundo utrum ex damnatione aliquid detrimenti. Tertio utrum inter bonos angelos sit pugna.

Primo quaeritur utrum angelo custodienti accrescat aliquod gaudium de salute custoditi. Et videtur quod sic, quia Lucae 15 dicitur: gaudium est angelis dei etc. Sed non gauderent de paenitentia nisi propter salutem. Sed si eis est gaudium de paenitentia, multo magis de salute. Item ipsorum est facere ad opus deo acceptum sine merito et retributione. Sed angeli custodiendo homines faciunt opus deo acceptum, ergo retribuet eis, non nisi gaudium. Contra: beatitudo est status omnium bonorum aggregatione perfectus, ut dicit Boethius. Sed non est status perfectus in quo est profectus. Respondeo dicendum quod gaudium beatorum eo mensuratur in habitu caritatis, [illegible] est gaudium nisi [illegible], et quia in eis caritas sive habitus caritatis non habet augmentum, ideo gaudium essentiale istud nequaquam accrescit nec accrescere potest. Bene tamen gaudium accidentale potest accrescere per [illegible] eorum, non sicut habitu [illegible] tamen est quod [illegible] habitus semper manet, sed solum secundum actum, quia plus gaudet quando de pluribus quam de paucioribus, plus et gaudet de bono meliori quam de bono minori. Exemplum de sole: sicut videmus sol lucet, ponatur modo de novo aliquid ad solem quod prius non erat, sol calefaciet istud. Numquid sol erit vel est augmentatus propter additionem istarum rerum [illegible] in se est? Immo nullo modo mutatus est, sed est augmentatus [illegible] solum per respectum ad ista sibi opposita calefacta, et plus minus [illegible], quia receptio tantum fuit in [illegible], non quod sit ex parte sua, et sic est in proposito. Ad primum argumentum dicendum quod non plus placet nec quantum ad gaudium advenit angelis ex salute nostra quam potest esse [illegible], quia novo motu et actu gaudet, [illegible] quia eodem [illegible] de aliis gaudebit. Ad secundum dicendum quod habet [illegible] de eo quod est in statu merendi. Ad statum autem beatorum pertinet ex habitu remunerationis semper implere divinam voluntatem, unde non est necesse nova esse remunerationem.

Secundo quaeritur utrum ex damnatione custoditi incurrat angelus custodiens aliquod detrimentum. Quod sic: Isaiae 33: angeli pacis amare flebunt. Sed nulla est [illegible] causa flendi nisi damnatio hominum, ergo etc. Item in legenda beati Iohannis evangelistae et in libris multis pluribus legitur quod plures visi sunt angeli flentes propter peccata hominum. Contra: dolor et tristitia numquam est sine poena. Poena vero non est sine culpa. Sed in eis nulla est culpa, ergo etc. Respondeo dicendum quod angelum ex damnatione custoditi aliquid detrimentum incurrere [illegible] potest intelligi [illegible] per boni alicuius amissionem, ut per hoc perdat aliquid boni.

hitu vel hnitu. dicitur per voluntatis residentiam cessatorum. dicitur per quandam compassionem. quia compatiuntur eis propter miseriam quam incurrunt. Et necessario ipsorum meritorum. potest esse quod angelis bonis insit aliquod detrimentum. non primo modo. quia sunt perfecte beati. si autem praeter posset aliquod bonum non essent perfecte beati. non 2o modo. quia voluntatem suam habent totaliter divine voluntati conformatam in omnibus. unde non vult nisi quod deus vult. et ideo non potest esse casu eorum detrimentum. non et 3o modo. licet aliqui dixerint. propter conformitatem ad divinam voluntatem et iustitiam. quia letabitur iustus cum viderit vindictam. unde nulla compassione ad reprobos movebuntur ut dicit beatus gregorius. tamen in propter gaudium perfectorum. cum nulla patitur esse admixta tristitia. Ad ultimum vero dicendum. quod angeli in apparendo plorant. quia hinc nuntiare divina beneplacita sicut ipsi angeli. et aliqua alia propter quod in scriptura sit aliquando nominatur. Ad aliud dicendum quod tales visiones et si aliquando visae sunt fuerunt omnes imaginariae visiones vel propter aliquam causam spiritualem.

Tertio quaeritur. utrum inter angelos bonos sit aliqua litigium et utrum quod sit ratio. x. dicit angelus loquens daniel. princeps regni persarum restitit mihi. non potest dici quod ille princeps esset malus. quia vel habebat bonam causam vel malam. si bonam non debuit tanto tempore impedire. si autem malam non debuit admitti. Contra. summa pax excludit omnem discordiam. sed inter eos est summa pax. ergo nulla discordia. Responsio dicendum quod potest intelligi dupliciter talis discordia. quia absolute vel sub conditione. quia est absoluta discordia. quando scilicet aliqui contraria volunt et intendunt. licet aliquando sit concordia in volito. sed differunt in intentione et fine. conditionata autem est cum scilicet perfectum vel integrum vel saltem in aliquo. si procedit ex conditionata voluntate. vel ex defectu iudicii. et tunc potest esse sine peccato. sic est discordia inter disputantes. quorum quilibet frequenter recta intentione defendit veritatem. et sic fuit inter paulum et barnabam. quia alteri non videbatur utile fidei quod duceretur iohannes marcus. eo quod non opposuerat se imminenti persecutioni. alteri autem utile videbatur. et isto modo vel illo potest esse in angelis. quia per scientiam sunt caritate. et per scientiam cogitationem indicium. conditionata autem inter eos potest esse. quia unus potest velle aliud velle recta intentione et fine. quod velit aliud quod in se est. absolute non volunt nisi quod placet divinae voluntati. et sic fuit in isto daniel. quia peccatis et multa daniel exigebat iudaicos populum liberari accepturum. et hic volebat angelus suus. quod nondum in se erat. tamen expectabat super hoc divinam sententiam. sed populi demerita aliud exigebant. amplioremque purgationem. et hoc volebat princeps persarum. et adventum referens expectabat. sic ille divinam voluntatem. et sic exponit gregorius. 12. moralium. unde isti bene concordabant in intentione absoluta sed conditionata non. et sic patet utrumque argumentum.

Circa distinctionem 12. in qua agitur magister de operibus sex dierum. quaeruntur quatuor. primo utrum materia omnium corporalium fuit producta sine omni forma. 2o utrum fuerit producta omnino perfecta. 3o utrum illa materia fuerit facta in aliqua differentia. 4o utrum corporum superiorum et inferiorum sit eadem materia. 4o utrum illa materia repleverit locum. corporalium fuit producta. Primo quaeritur. utrum materia fuit. absque omni forma. et videtur quod sic. quia augustinus 1. super genesim contra manichaeos dicit informis

materia quod de nihilo deus fecit. appellata est primo caelum et terra non quia iam hoc erat. sed quia esse poterat. quod sic informis erat. forma perventura capiebat. Item non plus precedit actus factionem quam forma ante. sed deus fecit omnia dicendo. actus sunt facto. ergo deus potuit facere materiam sine forma. Contra. omne corpus est compositum ex materia et forma. sed illa materia erat corpus. ergo non fuit sine forma. Responsio dicendum quod quaedam dicunt quod materia potest dupliciter accipi. aut quantum consideratur ab anima. aut prout existit in natura. primo modo est sine essentia. et potest esse informis. 2o modo non habet esse praeter locum et tempus et motum et sic impossibile est esse sine forma. Contra. ista positio arguitur sic. si materia quantum ad suam essentiam non est in materia dicto destructa omni alia non est esse materiae quod simul est. Item si forma omnis destrueretur. adhuc remaneret esse materiae. quia non plus tollit privatio quam ponat habitus. sed forma non ponit in composito nisi prout essentiae. ergo nec ei privatio tollit nisi praeter essentiae. Et ideo dicendum est quod materia potest accipi. per carentiam omnis actualitatis complete. vel incomplete. aut per carentiam actualitatis distincte et terminate. primo modo accepta nec fuit creata materia. nec capi potuit. sine omni actualitate. vel omnimoda possibilitate. quia implicat contradictionem. scilicet materiam esse productam et in aliquo modo esse. sub omnimoda possibilitate. et sic nullo modo esse. si vero accipiatur 2o modo. sic dico quod ad est quaerere. si facta fuit. et ad si fieri potuit. et ideo dico. quod non fuit facta. sub omnimoda possibilitate. sed in aliquo. sed bene fieri potuit. si deus voluisset. quia omnis essentia absoluta potest fieri ab auctore nostro. nullo alio sibi dato. sicut enim potest facere gradum entitatis complete. ita potest facere aliud gradum incomplete. quia ab illo non dependet. et sic patet responsio ad argumentum.

Secundo quaeritur. utrum materia fuit producta omnino perfecta secundum utrumque partem et utrum quod sic. quia in perfecto effectus arguit imperfectionem in causa. sed deus est causa perfectissima. ergo effectus eius fuit perfectus. et non incompletus. Contra. genesis 1. dicitur quod deus fecit per successionem sex dierum opera sua. ergo etc. Responsio dicendum quod materia secundum communiter loquentes facta fuit non sub omnimoda actualitate. sed imperfecta. sicut dicit textus genesis. et hoc augustinus in pluribus locis videtur esse alterius opinionis. sed non in dixisse asserendo. sed potius investigando. sicut patet xi. de civitate dei c. 30. ubi dicit quod deus fecit fecit per senarium numerum dierum. non quod aliter facere non potuit. sed ut perfectionem senarii numeri demonstraret. Ad argumentum dicendum quod imperfecto effectus bene arguit imperfectionem in causa. quando causa non potest facere perfectum. sed quando propter aliquam causam demittit. significat libertatem agentis.

Tertio quaeritur. utrum illa materia fuit facta in aliqua differentia. et utrum quod sic. quia dicitur 1. genesis. quod deus in principio creavit caelum et terram. ergo saltem habuit formam caeli et terrae. et per consequens formam aliam. Item non est ignis quod non sit in aliqua eius specie. ergo oportet quod saltem habuit formam corporis. ergo et alicuius speciei. Contra. firmamentum factum fuit 2a die. sed non est rationabile quod prius essent factae formae elementares. sive elementa quam firmamentum. Responsio dicendum quod quidam dicunt materiam primam esse creatam sub formarum diversitate. immo perfectam quantum ad formas simplicium corporum. quia si esset sub aliqua una forma. et sic esset actu. et per eam quodcumque superveniret. distinguens non faceret actu ens simpliciter. sed secundum quid. et esset accidens. quod fuit pro antiquorum positionem ponentium materiam primam esse aliquod corpus. puta. ignem vel aerem. vel aquam. vel medium. ex quo sequeretur. quod fieri non esset nisi alteratio. et ideo dicunt quod oportet ponere materiam esse creatam distinctam sub formis distinctis. Sed hoc non valet. quia non est inconveniens quod plures formae se habent per ordinem prius et posterius. et sic magis et minus quod quaelibet det esse. et actum specie. quia prima dat esse generis. et secunda dat esse generis subalterni. et ultima generis subalterni. et quaelibet facit esse simpliciter. prout est simpliciter distinctum quod esse accidentale. et non secundum quod dicitur particulariter. unde equivocum est in. Item omnes doctores dicunt quod illa prima materia fuit facta indistincta. quod chaos dicta est. unde gregorius in glossa idem dicit. si materia similiter dicta est. similiter non per speciem

formata non est. et quod simul existit per statum materiae. non simul apparuit per speciem formae. idem dicit augustinus contra manichaeos. et ysidorus de summo bono. unde augustinus contra manichaeos dicit. primo materia facta est confusa et informis unde omnia fierent. quae distincta sunt atque formata. quod credo a graecis chaos appellari. Item forte illa materia quam deus de nihilo fecit. appellata est caelum et terra. non quia iam hoc erat. sed quia hoc esse poterat. nam et caelum postea scribitur factum. Item videmus quod nisi desinat capitulum incipere nostra operari. et nisi desinat natura incipere ars. quia ars non producit ligna et lapides. nec natura producit eius corpora. sed bene corrumpit formas elementales. ergo necesse est quod agens naturale praesupponat in sua operatione terminum operationis divinae. super quod terminum agere non est potens corrumpere nec generare. quodcumque sit illud. formae autem elementales per naturale agens generantur et corrumpuntur. ergo oportet dicere quod illas praecedat aliqua forma in materia ingenerabilis et incorruptibilis ut dicitur in. physicorum. quae forsitan potest dici forma corporeitatis. Est ergo dicendum. quod illa materia producta fuit sub aliqua forma universitatis. scilicet corporeitatis quae non est caelestis nec elementalis. sed utriusque communis et utriusque praecedens. et isti formae postea addite sunt in opere distinctionis. in diversis partibus materiae specificantes formae. igne corporeitatis ut forma caelestis. quae est in corpore uni parti. et alteri parti materiae superaddita forma elementalis. quae corrumpi potest. et propter hoc forma elementorum est principium in generatione. et ultima in resolutione. quia ibi stat resolutio. Ad argumentum dicendum quod illud verbum non exponitur ad sensum his. unde augustinus ut dixi exponit sic. quia deus nihil fecit. unde postea caelum et terra futura erant. hoc dicit contra manichaeos. sed doctoribus dico. quod nomine caeli intelligitur caelum empyreum. et nomine terrae. materia omnium corporalium. Ad 2m dicendum quod id est verum de individuo completo. et per consequens aliter non esset verum. et sic per philosophum cum dicit quod dicitur in de animalibus quod prius est animal quam homo

Quarto quaeritur. utrum vel equivocum sit verum. scilicet quod in uno individuo. possint esse plures formae substantiales. et videtur quod non. quia contraria est idem forma substantialis et accidentalis. quia una dat esse simpliciter. per cuius acquisitionem fit generatio simpliciter. et per cuius ablationem fit simpliciter corruptio. accidentalis autem. dat esse secundum quid. et sua praesentia vel absentia. non facit generationem nec corruptionem. sed solum alterationem. sed prima substantialis. ergo omnis postea adveniens est accidentalis. Item si per aliam formam. panis est corpus. et per aliam panis potentia substantia panis converti et remanebit corpus sub illis accidentibus. quod in materia esse contra fidem. quia dicit quod accidentia sunt sine subiecto. Item vivo viventibus est esse. ergo mori morientibus est corrumpi. si si per aliam formam christus huiusmodi esset. et per aliam viveret. ergo separata anima adhuc corpus eius habebat esse substantiale. et sic non periit esse. quod est contra veritatem suae mortis. Item cum in christo fuerit os et caro et nervus et sanguis. aut haec omnia habent esse per unam formam. scilicet corporeitatis. aut per plures. si per plures cum panis non convertatur nisi in istam. corpus christi. tunc in sacramento non esset in una caro. et sanguis cum contra primum dicit veritas. quod manducat etc. et caro mea vere est cibus. et sanguis vere est potus. Item 4. metaphysicae dicitur quod unum dicitur quatuor modis. scilicet uno forma genere. ratione. et habent se per ordinem. quia quod non est unum genere. non est unum specie. et sic de aliis. et constat quod si unum unumquodque esset vivum et mortuum. ergo oportet quod sic specie et genere. quod absurdum dicere. et idem specie esset ignis et aqua. Contra. si in composito non est nisi una forma. ergo ea separata. non remanet aliquid. nisi materia nuda. sed nulli tali rei deberet reverentia. nec sepultura etc. quod est contra fidem. Responsio dicendum quod circa quaestionem istam. est duplex positio valde solemnis. quarum una dicit quod non est nisi una substantialis quae continet in virtute omnes praecedentes. ut anima rationalis quae dat esse corporeum. vivum animal. et hominem. et propter eorum est tantum in composito. Sed contra istam positionem sunt plures rationes. quarum una sit haec. Materia

Item contra dictam verba dicitur. loquens de materia dicit. si ergo materia habet formam nullam aliam reciperet. non illa destructa unam nisi formam habet non uniret sibi in potentia. quia non est actu non recipit aliud. sed quod est in actu.

receptaculum est in generatione. prout participat primam illius generationis. sed ossa et caro. et nervi. non sunt ingenerabilia substantia. ergo sunt composita ex materia et forma illius generis. propter quod generationem. quia secundum boetium. genus quod est praedicamentum substantiae est compositum. sed si non esset in homine nisi una forma. tunc non esset os. et huiusmodi ingeneratum non per reductionem. Item ipsum totale est quod unum compositorum. debet esse formaliter reliquum. sed anima rationalis est quod spirituale. et non quantum. ergo ipsum totale est quod debet corpus esse quantum formaliter. Item in corpore christi non fuit nisi divinitas anima sua et materia et accidentia. sed quando panis convertitur in corpus christi. non potest dici quod convertatur in divinitatem. nec in animam. quia anima non est ibi nisi per concomitantiam. et non in sacramento. nec in accidentia. nec in materiam primam. Item si anima christi dabat esse corporeum. et omnia alia. tunc cum per mortem fuit separata. non remansit nisi materia pura. cum non competit iacere insepulchro. et per consequens nec incipere perdere. quia illa non habet situm de se. Item philosophus dicit quod anima est actus corporis physici organici potentia vitam habentis. ergo praesupponit ante suam coniunctionem illa existente. vel tempore vel natura. aliogin coniungeretur materiae purae. nude et non organicae. Item commentator dicit. 2o physicorum. quod anima quae fuit ita materia prima et forma ultima. sunt formae compositae. Item formae sunt sicut numeri. et ut metaphysicae. sed unitas adveniens quaternario. facit senarium. non potest dici quod in sit sola materia numeri. scilicet unitas. in modo ut est quaternarius. quod probatur per eius ablationem. quia ablata illa unitate. non destruitur quaternarius. nullo alio addito remanet. et sic erit in animali. etc. Sed auctores huius positionis haec adiuvantes. nituntur se defendere. per quandam distinctionem quae est talis. quia materia potest accipi dupliciter. scilicet indeterminata. ut si sit ab omnibus formis absoluta. et sic dicunt quod materia habet aliquem modum esse. non tamen potest dici corpus. nec totum. 2o modo accipitur materia. determinata et per qualitatem affecta. et alia accidentia physica. quibus mediantibus recipit diversitatem in partibus. et facit os et nervos et carnes. Item dicunt quod corpus potest accipi ut genus. et sic praedicatur de animali. et est compositum ex forma et materia. et potest accipi ut pars. et sic non praedicatur quia pars non praedicatur de toto. nec est compositum ex materia et forma. non dicit materiam et formam. sed materiam signatam quantitate affectam qualitate. et per istam distinctionem defendunt se sicut possunt. sed in veritate non possunt. suppono enim ad praesens. quod inter ex anima non sit capere naturalem materiam sine forma. hoc enim dicit augustinus. de libero arbitrio expresse in pluribus locis. Item philosophus. et philosophorum dicit quod materia non est separabilis a forma. sicut ab altero contrariorum. licet ratione sit diversa. Item 1. de generatione quod non est possibile materiam esse sine morphia. id est substantiali forma. Item commentator super 7. metaphysicorum hoc idem dicit. et sic unum membrum destruit distinctionis eorum. alterum et membrum est contra philosophum magistrum eorum in 7. metaphysicae. quod dicit quod accidentia sunt posteriora tempore. et cogitatione. et ipsi volunt quod materia illa possit affici accidentibus sine forma substantiali. sed ista distinctio non valet per ea quae in textu sunt et etiam quia omne corpus est in praedicamento substantiae. et de eo substantia praedicatur quae est composita ex materia et forma ut dicit boetius. et certum est quod corpus sic sumptum ignoratur quod pars est. et potius pars de corpore quod est pars compositi. non autem possunt non et esse compositum. praeterea certum est quod non est caro in eo. nam ad corpus non corpus quod est pars compositi. ergo quod satisfaciunt.

Et ideo dicendum. secundum saniorem doctrinam. quod in uno composito sunt plures formae substantiales. vel possunt esse non in simplicibus. et hoc est consonum veritati sacrae scripturae. in principio genesis. et est consona veritati fidei catholicae. et hoc quantum ad christi conceptionem. et quantum ad eius mortem. et in quantum hoc esse sub sacramento. et est consona veritati rectae rationis. quia quanto forma nobilior tanto actualior et a possibilitate remotior. sicut anima rationalis. etc. et est consona auctoritati philosophi ut patet in argumento. Ad primum argumentum in contrarium dicendum quod forma substantialis dicit esse simpliciter quia in genere substantiae. quod distinguitur contra accidentis. et tunc est una illa propositio. sed sicut dicas quod debet esse perfectum et completum. non est verum nisi secundum gradum.

Ad 2m dicendum quod quamvis panis convertatur in corpus Christi, fit tamen conversio non ad formas panis solum sed ad totum compositum. Ad 3m dicendum quod iuvenem esse incorruptibilem non simpliciter sed secundum quod determinatur, puta esse immune, et id bene volo quod destruatur. Et sic in Christo verum fuit destructum esse immune per mortem suam, et quia iste sic intellexit philosophus, ista propositio procedit per idem per suum contrarium, quod ita exponitur. Ad 4m dicendum quod panis convertitur in corpus dominicum, quod est animatum, non in corpus tantum solum, quod facit esse igneum sicut corpus quod in eo est fictum, quod dicitur. Ad 4m dicendum quod unum numero dicitur de uno singulari, sed unum specie vel genere non dicitur nisi de pluribus, ut dicit commentator. Unde dico quod illud quod est unum numero est unum specie, cum eo aliquid differt numero.

Quarto quaeritur utrum corporum superiorum et inferiorum sit eadem materia.

Et videtur quod non, quia quaecumque habent eandem materiam sunt ad invicem transmutabilia, in libro de generatione, sed haec et illa non sunt ad invicem transmutabilia, ergo non habent eandem materiam. Item distinctio advenientis aliquid toti non diversificat ipsum secundum speciem et rationem, sed ante distinctionem materia erat una, ergo et modo est una. Respondeo dicendum quod de materia potest esse sermo quantum ad esse reale vel solum mentale. Primo modo loquendo est diversitas inter philosophos et magistros, quia opinio antiquorum fuit quod materia sit eadem hic et ibi, sicut patet XI Metaphysicae, et ratio sua est univocatio in forma corporeitatis, quam unam formam corporeitatis ignem habere, ipsa ipsa non diversificatur, quia est una simplex, ergo est eadem in omni corpore, et eadem habet unitatem quod formam; opinio autem commentatoris fuit ut patet de substantia orbis, et in libro X Metaphysicae, quod non sit eadem hic et ibi nisi aequivoce. Et habet duplicem rationem ad hoc dicendum, quia in corporibus superioribus non est materia in potentia nisi ad situm. Unde cum materia dicatur eius imperfecta, non est dicta in esse materia secundum formam. In inferioribus autem materia in potentia ad formas et ad situm, et sunt ad invicem transmutabilia. Hanc rationem ponit philosophus in libro de generatione et Metaphysicae. Aliam rationem ponit X Metaphysicae, quia corruptibile et incorruptibile differunt secundum genus et formam, eo quod incorruptibilitas dicitur privatio, potentia igitur corrumpi numquam potest in esse; corruptio autem praeexigit potentiam, nisi privatio potentiam ad corruptionem nec secundum actum nec secundum habitum. Unde dicit quod non sunt corruptibile et incorruptibile in eodem genere, sed differunt secundum genus et formam. Et sic materia non potest esse eadem hic et ibi. Et secundum istas duas rationes variantur sententiae in theologia. Dicam igitur sicut dixi supra, quod materia fuit facta prius una, et postea distincta fuit per formas specificantes eam in diversis suis partibus, quia aliis partibus fuit addita forma caelestis et aliis forma elementaris. Et ideo potest istam materiam superiorum et inferiorum considerari tripliciter, quia quantum ad principium factionis, quantum ad principium distinctionis, quantum ad principium transmutationis. Primo modo loquendo, quod superiora et inferiora creata facta sunt, sic planum est quod est eadem unitate identitatis, quia una erat numero. Et quando omnia facta sunt praeter caelum empyreum, ut in suo fuit prius. Si vero loquamur 2o modo, sic aliter est dicendum, prout accipitur ut remota, et aliter prout propinqua. Remota voco prout est sub forma generis communi; propinquam voco prout est sub forma nunc specialis, puta caelestis, quod caelum est caelum, et quod ignis est ignis, et sic de aliis. Primo modo istis dicendum quod materia est una et eadem unitate ratione, non identitatis. 2o modo nullam habet unitatem vel proprietatem nisi analogiae, id est sicut in caelestibus cum sua forma constituit naturam caelestem, sic in inferioribus cum sua forma constituit formam elementalem vel naturam. Si autem 3o modo loquamur, scilicet prout est principium transmutationis, sic nullam habet proprietatem nisi analogiae ratione attributionis, quia in inferioribus est potentia in materia ad formas substantiales et accidentales, et ad situm in superioribus, non nisi ad situm. Et ideo dicitur per accidens

bivocorum ad hanc materiam quae est in inferioribus, quia haec est proprie et usitate accepta materia, cum potentia ad esse, sed in superioribus non est nisi secundum quid. Hanc autem considerationem materiae commentator et philosophi eorumque sequaces habent. Negaverunt materiam esse eandem hic et ibi. Quantum vero ad suum habitum oculum solum ad mediam viam simpliciter eandem esse concesserunt, et sic illi istorum unam contradictionem audiendo et duas obmittendo non bene completae intellexerunt, et propter hoc qui sic consideraverunt ab initio fuit quod mundum aeternum crediderunt, et per consequens materiam mundi aeternam intellexerunt, et eam esse formis informatam corpus simplicium, tam caelestium quam elementorum, quod haereticum est. Si vero loquamur de materia secundum mentalem considerationem, tunc quia anima intellectiva nostra per denudationem omnium formarum ab ea, et sic materia habet uniformitatem quae non est realis, sed potius privativa, ut est ex intellectu. Unde commentator XI Metaphysicae dicit: omnino quod intelligitur in materia est pura privatio, unde talis unitas non est ex intellectu, non est necesse si omnes formas a materia abstrahimus, non propter hoc partes suas coniungere, quia adhuc intelliguntur partes separatae secundum suam essentiam. Ad argumentum dicendum quod bene volo quod non sit eadem quae est principium transmutationis, nisi secundum analogiam est eadem. Ad argumentum alterum per rationem ut concludit, si non fuisset addita alia forma, sed quia addita est, propter hoc non est eadem, sicut dixi.

Quinto quaeritur utrum illa materia repleverit locum. Et videtur quod non, quia formam nullam habet quantitatis, sed illa erat informis, ergo etc. Contra magister dicit in littera quod habebat quasdam partes maiores, ergo quantitatem, si partes habebat, et per consequens locum replebat. Respondeo dicendum quod necesse est omnem entitatem potentiam habere suam actualitatem, secundum gradum suae entitatis, actualitas autem ultima corporis includit de sui ratione quantitatem et per consequens dimensionem, omne autem quod tale modo habet, est tamen capax (?) in loco esse et loco contineri, sed aliquando indifferenter accipiatur, unde per accidens quia omne quod loco continetur est in loco, sed non econverso, ut de empyreo. Materia autem quia quantitatem habebat, in loco continebatur, quia extrinsecus locans erat, scilicet caelum empyreum. Ad argumentum dicendum quod illa proprie non habet simpliciter omnem unitatem, quia caret separata forma corporali, a materia corporali necesse est adhuc eam habere probabilitatem (?).

d. 13.

Circa quaestionem 13 inquisitio magistri versatur de luce producta. Primo quantum ad suum fieri vel productionem. 2o quantum ad suum esse absolutum. 3o quantum ad modum essendi vel faciendi. Quantum ad primum quaeritur 3. Primo utrum lux dicatur de spiritualibus proprie. 2o utrum illa lux prius producta fuerit corporalis vel spiritualis. 3o utrum illa lux suo motu faceret diem et noctem.

Primo quaeritur utrum lux dicatur de spiritualibus proprie. Et videtur quod non, quia lux corporalis non lux dicitur, ergo si vere dicitur de deo, aut dicitur ad litteram de deo et creatura univoce. Contra Ioannes (?): erat lux vera quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Respondeo dicendum quod possumus loqui de luce dupliciter, scilicet quantum ad nominis impositionem, et quantum ad propriam nominis significationem. Primo modo tunc dico quod fuit impositum illud nomen rei corporali, et non transferendum est ad spiritualia. Sicut dicitur visus quantum ad sui impositionem impositus est sensui visus, sed postea translatum est ad omnes sensus et intellectum. Similiter est de luce, quia primo fuit imposita ad significandum quod facit manifestationem in sensu visus, sed postea extensum est ad omne id quod habet manifestare. 2o modo cum lux sit virtuosa in agendo et efficax in manifestando, et tunc proprie et per se invenitur in spiritualibus, non in istis (?) nostris. Et ideo dico quod invenitur ibi proprie

quantum ad rationem nominis, sed non quantum ad impositionem nominis. Unde Augustinus super Genesim 4 dicit: Ideo proprie nomen rei convenire cuius significatum invenitur ibi verius est, non obstante quod in primis sit impositio, quia translatio nominis non facit impropriam dictionem, sed convenientia significati. Et ideo dicitur deo convenire proprie nomen lucis. Ad argumentum dicendum quod non dicitur univoce de deo, sed analogice, quia suum significatum inde melius reperitur, et verius quam in corporibus, et sic non dicitur ad litteram univoce de deo et creatura.

Secundo quaeritur utrum illa lux primo producta fuerit corporalis vel spiritualis. Et videtur quod non corporalis, quia lux est effectus corporis luminosi, sed nullum corpus adhuc luminosum erat creatum, ergo non erat effectus sine causa. Item prius fit ornabile quam ornamentum, sed lux est facta ut ornaret caelum sidereum, quod nondum erat factum, ergo non fuit corporalis. Contra non expellit tenebras corporeas nisi lux corporalis, sed illa lux expellebat tenebras quae erant super faciem abyssi, ergo erat corporalis. Respondeo dicendum quod illa lux fuit corporalis, sicut dicit textus, et dies illi quos illa faciebat erant corporales. Ad primum dicendum quod illa lux bene supponit aliquod corpus luminosum, scilicet aliquam claram nubeculam, quae suo motu diem faciebat. Sed quid inde sit factum non est certum, quia aliqui dicunt quod rediit in praeiacentem materiam. Alii dicunt quod inde factus est sol per additionem lucis eidem in ipsa, sicut videtur Dionysius velle, 4 de divinis nominibus, ubi dicit de sole, ipsum esse lumen triduanum (?) quamvis tunc informe erat, quod dixit Moyses, et quod iam determinavit primam numerationem dierum (?). Alii vero dicunt quod sol non est de natura 4 elementorum, credo tamen quod Dionysius bene dicat. Ad 2m dicendum quod lux distincta et specifica est ab ornamento caeli siderei, et talis lux fuit facta 4 die, sed haec non est nisi de luce ipsa.

Septimo queritur utrum talis fides informis debeat dici virtus. Et videtur quod non, quia secundum Augustinum virtus est bona qualitas mentis qua recte vivitur, qua nemo male utitur. Sed fidem informem habens non recte vivit, ergo non est virtus. Item Augustinus de vera innocentia: cum cetere virtutes possint bonis et malis esse communes, sola dilectio est virtus specialis et propria piorum atque sanctorum. Sed planum est quod in malis est fides informis. Responsio. Dicendum quod virtus dupliciter accipitur, scilicet communiter et proprie. Nam tunc dicitur virtus proprie, scilicet recta ratio perducens in finem, et isto modo virtus est principium meriti, et sic principaliter competit gratie vel caritati, quod idem est, sicut dictum fuit in 2o. Alio modo dicitur communiter virtus habitus habilitans potentiam et vigorans eam circa opus difficile. Sic autem fides dicitur virtus, quia intellectum perficit et habilitat ad adsentiendum articulis fidei difficilibus ad credendum, captivando se ipsum in obsequium Christi prime veritati, quod fieri non potest sine virtute, quod homo magis credat articulos cum eorum opposita magis videantur nobis vera quam ipsi. Unde multi peccatores sunt valde devoti, pro fide credentes doctrinam Christi et abhorrentes eorum opposita magis vera apparentia. Et ideo potest dici virtus. Si enim quis diceret castus sine caritate, quare non diceret fidelis sine caritate. Ad argumentum in contrarium dicendum quod id est verum de virtute formata caritate. Non tamen sequitur quod nulla alia sit virtus, cum caritas det esse fidei et accidat ei. Planum est autem quod per remotionem bene esse non destruitur esse simpliciter.

Octavo queritur utrum fides informis sit donum Dei, sive sit habitus infusus, quod ita est. Et videtur quod non, immo magis potius acquisitus, quia Augustinus dicit 14. de Trinitate 1. quod fides per scientiam gignitur. Sed quod habetur per scientiam non habetur per infusionem sed per acquisitionem. Item quod acquirimus per auditum non infunditur nobis, sed sic est de fide, x. ad Ro.: fides ex auditu. Item qua ratione potest unus infidelis acquirere unum articulum, eadem ratione potest et alium. Sed multi infideles credunt unum vel plures per suam scientiam acquisitam, ergo sic possunt acquirere alios. Non potest dici quod illos credunt per fidem infusam, quia per illam credunt omnes. Contra. 2. ad Eph.: gratia estis salvati per fidem, et hoc non ex vobis ne quis glorietur. Dei enim donum est. — eph. 2.
Responsio. Dicendum quod fides duo requirit: unum est quod articuli fidei proponantur intellectui, aliud est quod intellectus eis adsentiat. Primum non potest esse sine dono Dei, cum ipsi articuli non subsint facultati naturali, nullus eos sciret nisi Deo docente, et si nullus sciret, nullus proponeret. Unde dicitur revelavit eos aliquibus doctoribus fidei christiane, ut puta prophetis et apostolis, qui postea eos vel verbo vel scripto proposuerunt. Unde

non quod caritas est forma accidentalis fidei, quia non tantum perficit actum eius sed et habitum, quod patet quia quando aliqua duo sunt similiter colligata, dispositio unius redundat in alterum, exemplum de membris corporis. Sed sic est in intellectu et voluntate. Item quando aliqua duo principia concordant in aliquo actu, quodlibet illorum reddit [illegible]. Item quando aliqua duo sunt in aliquo ita quod unum mediante altero semper unum perficit adveniente altero. Sed voluntas est mediante intellectu, ergo habitus eius mediante habitu intellectus; ergo perficit habitum intellectus adveniente habitu voluntatis, que est caritas. Et ex hac ratione patet quomodo fides possit esse informis et quomodo non potest non esse sine forma [illegible] sed [illegible].

quo praedicabunt vel miracula. vel docet apostolus quod ea quae ipsi praedicaverunt a deo habuerunt. unde dicitur: numquid non audierunt? sed dico: et quidem in omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terrae verba eorum. Aliud autem quod requiritur est assentire eis. sed hoc non potest esse sine dei infusione moventis interius. quia in cassum laborat exterius lingua doctoris nisi interius fuerit gratia salvatoris. unde tamen possunt per sua dicta per miracula visa, sed non sufficienter movent, quia patet quod unus credit et alius non credit. ideo oportet quod deus moveat intellectum ab intra per habitum fidei, ut assentiat primae veritati. Et hic fuit error Pelagii, qui dixit quod homo per solum liberum arbitrium poterat credere, si sibi proponantur. sed bene indigebat confirmatione in fide. sed initium fidei est in nobis. Sed hoc Augustinus reprobat tamquam falsum. quia cum articuli fidei sint supernaturales facultatem, oportet quod sit supernaturale principium quam humanum. et sic patet quod fides et informis est per infusionem suam per donum dei. sicut probat Augustinus per istam partem de verbo apostoli. ideo est concedendum. Ad primum argumentum dicendum quod fides dicitur per scientiam generari et nutriri, quia per scientiam homo disponitur et iuvatur de hiis quae sunt fidei et persuadetur intellectus et manuducitur. Ad secundum dicendum quod fides habetur per auditum sicut per instrumentum tamquam proponendo. sed nullus proponeret nisi a deo mediate vel immediate audisset. Ad tertium dicendum quod infidelis credens unum et alium non credens non habet ex fide sed ex aliqua apparenti ratione huiusmodi cum credit. unde non credit quia deus dixit, sed quia aliqualiter se intelligit credere vel ex reverentia alicuius doctoris. Fidelis autem non credit quia a doctore audit, vel quia filius alicuius fidelis fuit, sed quia deus revelavit in sacra scriptura teste Petro qui ait: spiritu sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines. infunditur tamen ipsa fides parvulis quantum ad id quod est formale, scilicet quod parati sunt assentire si ipsi articuli explicentur. sicut dicitur de habitibus acquisitis quod insunt animae quantum ad ipsorum habilitates et aptitudines, sed per adsuefactionem habent complete. sic est de istis quod per donum habent implicite sicut quasdam aptitudines, sed postea per auditum explicantur in particulari. unde philosophus I Ethicorum dicit de habitibus acquisitis quod non sunt animae nec praeter naturam, sed innatum est nobis eos suscipere animae. perfecte autem per adsuefactionem. hoc autem probat tribus rationibus. Prima est: id quod est animae non assuescit in contrarium, ut lapis non assuescit ferri sursum si milies feratur. Secunda est: id quod fit consuetudine non fit a natura, sed virtus fit per adsuetudinem. ergo etc. Tertia est: quod fit in nobis ab alio non fit a natura. sed virtutes fiunt in nobis per legislatores et magistratus qui inducunt homines in bonis moribus. et alibi dicit quod ea quae animae non laudamus nec vituperamus, sed virtutibus laudamus. ergo etc. Ex hiis patet quod eadem est secundum essentiam fides informis et formata in eodem. quia fides informis existens in peccatore fit illa eadem formata adveniente caritate per contritionem. sicut est de omnibus aliis virtutibus politicis. forma autem caritatis adveniens non mutat habitum fidei essentialiter, cum sit ei accidens. nec recedens corrumpit. nec est in eodem subiecto, quare non mutaret. sed quia sunt in eadem anima, oportet quod unum det fulcimentum alteri. unde caritas reddit eam claram et resplendentem sicut lux facit esse colores. In daemonibus autem fides talis non est, quia nec ante nec post lapsum fuit eis infusa. est tamen in eis credulitas conclusa et extorta per evidentiam miraculorum fidei. ita quod velint nolint coguntur credere. non tamen vident illam veritatem. et sic intelligitur verbum beati Iacobi: daemones credunt et contremiscunt. Et nota quod fides dicitur multipliciter. Uno modo accipitur pro professione, I ad Ti.: quia primam fidem irritam fecerunt. Secundo modo pro fidelitate. Ier.: periit fides de terra. Tertio modo pro conscientia, ad Ro. 14: omne quod non est ex fide peccatum est. Quarto pro sacramento fidei. Augustinus de baptismo: non est parvulos ita habere fidem quam habere fidei sacramentum. Quinto pro acceptione communi, pro ratione probabili. Boetius: argumentum est ratio rei dubiae faciens fidem. Sexto pro cognitione comprehensionis, ad Ro. 1: iustitia dei revelatur ex fide in fidem, sicut glossa dicit. Septimo pro habitu fidei informis, Iac. 2: fides sine operibus mortua est. Octavo pro actu fidei, Augustinus: fides est credere quod non vides. Nono pro obiecto fidei, id est haec est fides catholica. Decimo pro habitu fidei formatae, ad Ro. 1: iustus autem ex fide vivit.

Distinctio 24.

Hic quaeritur si fides tantum de non visis est etc. Haec est quaestio 24.

Circa quam quaeritur primo utrum obiectum fidei sit solum quod increatum vel creatum et increatum. et videtur quod sit solum increatum, quia sicut se habet caritas ad suum obiectum sic fides ad suum. sed caritas diligit utrumque bonum. ergo fides credit creatum et increatum. Item quilibet articulus est pertinens ad obiectum fidei. sed inter articulos sunt aliqui de creatura, sicut esse sepultum et natum ex virgine et similia. ergo etc. Contra: Dionysius 7 de divinis nominibus dicit quod fides est circa semper entem veritatem. sed talis non potest esse nisi increata. Responsio. dicendum quod de obiecto fidei contingit sicut de obiectis aliarum virtutum vel potentiarum, quia aliquid est formale et materiale. exemplum de colore et ipsius visus. obiectum materiale habet fides creatum et increatum, sicut visus habet album et nigrum. obiectum tamen formale quod est ratio credendi est solum verum increatum. quia ideo quaeritur fides credit est quia prima veritas revelavit. haec autem veritas increata est. Ad primum dicendum quod verum est quod obiectum caritatis est commune tamquam materiale obiectum, sed formale est solum unum, quia quicquid diligit est propter deum, et verum propter alterum, utrobique tamen unum. Ad secundum dicendum quod procedit de obiecto materiali tantum.

Quaeritur utrum tale obiectum ita sit verum quod nullo modo credito possit subesse falsum. et videtur quod non, sed quod possit subesse falsum, quia omne contingens potest esse falsum, eo quod suum eventum non est determinatum. quia incarnationem esse non contingens sed necessarium, sed Christum esse incarnandum fuit contingens. ergo potuit esse falsum. idem est de morte sua. Item quod subest fidei et caritati et spei subesse potest et e converso. sed spei potest subesse falsum, quia multi non sunt in caritate qui se sperant beatos, et tamen falsum est. ergo sic videtur esse de fide. Contra: sicut se habet caritas ad bonum sic se habet fides ad verum. sed caritas non potest diligere nisi bonum. ergo nec fides credere nisi verum. Responsio. dicendum quod nulli virtuti nec actui potest subesse aliud nisi ratio formalis obiecti. exemplum de visu. unde nec conclusio potest sciri nisi mediante medio demonstrationis. Ratio autem, sicut supra dictum est, ratio formalis ipsi fidei est prima veritas, sub qua non potest cadere falsum. nec aliquid subesse fidei quod non stat cum prima veritate, sicut non ens non potest stare sub ente. Ad primum argumentum dicendum quod dicta mors vel incarnatio vel huiusmodi possunt considerari absolute, et sic bene potuerunt impediri, et sic non cadunt sub fide. Secundo modo ut praevisa a deo, et sic impossibile erat ea non evenire, et sic cadunt sub fide. Ad secundum dicendum quod nullus sperat recte salvari nisi salvetur. sed ille de quo arguitur non sperat, sed praesumit, vel sperat si perseveraverit in gratia. alioquin non recte sperat. Si quis autem obiciat de hostia non consecrata quam credit consecratam, et sic videtur quod subsit illi fidei falsum, dicendum quod fides non credit has vel illas hostias consecratas, sed illas solum quas sacerdotes consecraverunt.

Tertio quaeritur utrum fides sit de vero complexo vel incomplexo. et videtur quod sit de vero incomplexo, quia caritas habet suum verum incomplexum. ergo et fides. Item nobiliori modo fertur intellectus in suum obiectum quam sensus. sed sensus fertur in obiectum incomplexum. ergo et intellectus ad suum attingit ut incomplexum. Contra Augustinus in Enchiridion c. 20: si tollatur assertio fides tollitur, quia sine assertione non creditur. sed assertio intellectus non est nisi circa complexum. ergo illud verum quod est obiectum fidei est complexum. Responsio dicendum quod cognita sunt in cognoscente per modum cognoscentis. modus autem cognoscendi intellectus humani est in veritate cognoscendo componendo et dividendo. licet ea quae cognoscat sint simplicia, intellectus tamen apprehendit non simplicia sed complexa. sicut e converso est de deo, qui cognoscit ea quae cognoscit non complexe sed incomplexe. sic ergo est de obiecto fidei, quod potest dupliciter considerari. quia uno modo ex parte ipsius rei creditae, et sic est incomplexum, scilicet ipsa res de qua fides habetur. Secundo ex parte credentis, et sic illud obiectum est complexum per modum enuntiabilis. Est autem obiectum fidei complexum, prout in ipsum intellectus fide informata fertur. quia aliter non est natus assentire ipse intellectus. id autem obiectum potest esse explicite vel implicite. fides autem quantum ad suam substantiam respicit obiectum suum implicite, continendo differentiam temporis, non determinando eam, scilicet factum vel fiendum. et quantum ad hoc non est variata fides, quia accidit ei explicatio. fides vero explicata respicit obiectum sicut enuntiabile complexum, determinando differentiam temporis et factum et fiendum, scilicet factum esse passionem et fiendum esse resurrectionem. unde Augustinus dicit quod tempora sunt variata, non fides. Ad primum argumentum dicendum quod non est simile de fide et caritate, quia bonum sub caritate est in re. sed veritas est in compositione et divisione intellectus, qui non est natus ferri aliter in suum obiectum quam per modum enuntiabilis. Ad secundum dicendum quod sensus in hoc non est nobilior, quia feratur in obiectum incomplexum, quia et intellectus fertur quantum ad rem creatam, sed quantum ad veritatem intellectam non feratur ut in verum vel in falsum, nisi sit leviter.

Quarto quaeritur utrum fides possit esse de aliquo enuntiabili quod re visa corporaliter. et videtur quod sic, quia constat quod domina nostra corporaliter sciebat et sentiebat se concepisse de spiritu sancto, et tamen hoc habuit fide. ergo etc. Item discipuli viderunt Christum ascendere corporaliter in caelum, et tamen hoc est articulus fidei. Contra Gregorius dicit quod ea quae videntur non habent fidem sed agnitionem. Item fides est qua creduntur ea quae non videntur. ergo non potest res esse visa et credita. Responsio dicendum quod de ratione fidei est quod in enigmate et non clare videatur. sicut dicit apostolus: argumentum rerum non apparentium. si enim haberet sensibilem cognitionem, iam non haberet meritum, sicut arguit Gregorius. quia actus fidei est valde difficilis et voluntarius est ad assentiendum. assentire autem rei visae non est difficile, nec voluntarium, immo est necessarium, quia cogit intellectum ad sentire rei visae. unde et si Thomas vidit Christum, credidit deum. unde aliud vidit et aliud credidit. et bene potest esse quod idem sit visum et creditum diversis respectibus. Ad primum argumentum dicendum quod domina nostra erat certa quod hominem conceperat, sed quod deum per fidem tenebat. Ad secundum dicendum est similiter, quia hominem ascendentem videbant, sed quod ille deus esset non videbant, sed credebant. unde articulus est circa ascensionem quod filius dei homo ascendit in caelum.

Quinto quaeritur utrum idem possit esse scitum et creditum. et videtur quod sic, quia potest aliquis philosophus sciens esse unum deum demonstrative venire ad fidem. ergo oportet vel quod iste obliviscatur, vel quod non habeat fidem. sed utrumque est falsum. ergo compatiuntur se ad invicem. Item adveniente cognitione perfecta non destruitur cognitio, quia sicut adveniente intellectiva non destruitur sensitiva. ergo potest esse respectu eiusdem cognitio fidei et scientia. Contra, philosophus in Posterioribus dicit quod idem scire et opinari non contingit. Responsio. dicendum quod scitum ab uno et creditum ab alio est bene possibile, quia beati sciunt omnia quae nos credimus. vel ab eodem in diverso tempore. Sed utrum idem ab eodem in eodem tempore est quaestio, quia de aliis non est dubium. ad quam quaestionem communiter dicitur quod non. quia impossibile est quod intellectus vel quaecumque potentia assentiat suo obiecto de necessitate et non de necessitate, quod contingeret in hoc, si idem esset scitum et creditum. Sed idem, nam demonstratio procedens ex principiis per se notis quae faciunt scire cogit intellectum assentire de necessitate et tollit omnem ambiguitatem. habitus autem fidei facit intellectum non de necessitate, sed voluntarie assentire credito propter reverentiam dicentis, et est semper in enigmate. unde Augustinus dicit: cetera potest homo nolens, credere autem non potest nisi volens. Hoc autem dico si credere accipiatur pro actu. si autem accipiatur credere habitualiter, tunc non est inconveniens esse ad credere et scire in via. exemplum: si sciendo per habitum fidei mundum esse creatum et postea discam per demonstrationem, tunc cessat actus fidei in hoc, sed bene remanet habitus. quia si oblivisceretur illam demonstrationem, adhuc crederet illum articulum per eundem habitum sicut prius. quod potest probari tribus rationibus. Prima est a simili. Secunda ab actu fidei. Tertia est a conditione obiecti. Prima est haec: sicut scientia et opinio sunt habitus diversi et contingentes et incompossibiles, ita scientia et fides. nam scientia et opinio non possunt esse de eodem, quia scientia dicit scitum impossibile esse aliter se habere, et opinio dicit de se non impossibile aliter se habere. et similiter est de fide, quae de sua ratione dicit credere non visum, et scientia dicit scitum visum. non autem potest esse visum et non visum idem. Secunda ratio est haec, quae iam tacta est, quia fides facit assentire ex imperio voluntatis, scientia autem ex evidentia rationis. Tertia est haec, quia obiectum fidei est quod principaliter nobis revelatur divinitus, excedens humanum intellectum. quae autem excedunt intellectum non possunt demonstrari per rationem intellectus. et ideo talia nulla demonstratione possunt sciri. et ideo non potest esse scientia de quibus est fides. unde credere propter se et propter alium est contrarium, quia propter se et non propter se. dicendum est ergo quod non potest esse idem scitum et creditum eo modo quo dictum est. Ad primum argumentum in contrarium dicendum quod talis philosophus veniens ad fidem non oportet quod obliviscatur, nec quod perdat fidem nisi quantum ad cessationem actualem, non habitualem, sicut dixi. Vel dicendum quod cognitio qua cognoscit deum non est sufficiens, nec possit stare cum pluralitate personarum, quam non habet nisi per fidem, quia non solum dicitur deum esse unum sed unum et trinum, ad quod nulla ratio pertingit. et quod probari non potest per naturale lumen tali demonstratione per quam recedat enigma. quia esse unum deum prout est articulus fidei importat esse unam substantiam dare cognoscentem omnia praeterita praesentia et futura, et possibilia quae numquam erunt, et foventem omnia quae sunt, et esse perfectum, nec possibile aliquid aliud tale. Ad secundum dicendum quod cognitio sensitiva non includit oppositum cognitioni intellectivae, ideo non recedit adveniente alia. actualis autem cognitio fidei includit repugnantiam actui scientiali re-

eidē ueritas. s. de necessitate et non de necessario per se et per accidens et sic deficit concludere. et uisu et non uisu. [Se oppinatur et ui.

Esto quod utrum obiectum fidei possit quod sic. quod eadem possunt adesse probabiles rationes. generant oppinionem. sed necessaria quam sunt fidei. quod persuadent sicut dicit augustinus in uno uolumine. c. n. aliquid quod necesse est credere persuadent. ergo oppinio et fides stant simul. Item ad eandem conclusionem potest haberi medium per se notum et topicum. sed primum generat scientiam. 2. oppinionem. ergo simul eidem potest esse scientia et oppinio. ergo multo magis fides cum fides magis concordat cum oppinione quam cum scientia quod est media. s. infra scientiam et super oppinionem ut dicit hugo. Contra. b. dicit quod opinio non certum habet. et per ea opinio si habet adhesionem cum timore partis alterius. sed fides facit certitudinaliter credere. et adherere sine aliqua ratione remanente. prime ueritati. ergo non potest stare simul fides et oppinio de eodem. Responsio dicendum quod aliquos dupliciter est oppinio quia quedam est accepto uni partis cum formidine alterius. et hoc non potest stare cum fide. quia ita accipit unam partem quod nullo modo dubitet de eius opposito. quod alias esset infidelis. nam dubius in fide infidelis est. alio modo dicitur oppinio quandoque accepto contra probabili ratione. et cum ista possunt stare articuli fidei. quod per tali ratione. utrum autem tali distincto habeat ueritatem. non dico quod secundum philosophum i. posteriorum. de ratione oppinionis est quod ille qui oppinatur. existimet se quod oppinatur posse aliter se habere. et hoc est commune omni oppinioni. cum autem fides sit super oppinionem non ui esse possibile quod de eodem simul eidem. sit fides et opinio. nam fides adsentit sine formidine. alterius partis. et opinio semper cum formidine. ergo non est contrarius opinans. quod autem non est certus dubitat. tale autem fidelis non est. et hoc est quod dicit b. quod opinio ambiguum habet et fides ambiguum habet. Ad i. argumentum dicendum quod minor est falsa. nam fidei nunquam dicuntur probabiles rationes. sed solum per primam ueritatem ductam. rationes autem probabile ualent ad manuductionem. uel confortandum fidelem. quod per augustinum de trinitate. non libenter audiuntur quam per fidem tenemus. Ad 2. dicendum quod medium probabile uel topicum non generat oppinionem in intellectu nisi de natura perfide uel scientie. nam actio actiuorum sunt in patiente et disposito. tale autem intellectus non disposito. est. modo de bilioni motu. sicut lapis non mouetur. modico calore non motu suo. naturali quamuis calor moueat opposite. sic est de fide. quod prima ueritas mouet motu necessario. sic scientia. et id nulla minor ratio. potest impedire. ex sole et candela. nam candela mouet de nocte. et non de die per maiorem actionem solis. Querere de sic fidei articulus. et utrum quid.

Septimo male affirmat parcatur. quid dicitur quod articulus est ueritas indiuisibilis de articulis non credendis. sed dicitur non est articulus sed uoluntarium. Contra. sufficit sua auctoritas. Responsio dicendum quod articulus dicitur ab articulando quod potest dupliciter intelligi. s. actiue et passiue. quod tamen passiue est quod per indiuisibilem unicum partes. sic apparet in manu. unde dicitur illes tales partes. ad quas stat resoluto. quod autem dicitur actiue est aliqua natura distinctionis ubi quod non ad quod uel casum sic accidat in gramatica. Et per istos duos modos

accipiunt doctores articulos fidei. quod articulus est aliqua ueritas de deo. quod dicitur aliquas ueritates. sed illa habet rationem obiecti credibile. non ulterius resolubile in alias ueritates. quod autem dicitur actiue tunc dicitur articulus quod nos artat ad credendum ad distincte credendum aliquid. non autem ad credendum simpliciter. quod hoc facit habitus. sed distincte credere obiectum. sunt autem talia obiecta ueritas. sunt articuli in partes. difficultatem ad credendum. 12. articuli. ueritates nuo. s. 6. pertinentes ad diuinitatem et 6. ad humanitatem. diuinitas autem potest considerari in se et absolute et sic est una ueritas sub articulis. s. credo in deum. uel credo quod deus sit. uel potest considerari diuinitas relatiue ad personas et tunc sunt 3. articuli. primus est patrem omnipotentem. 2. et in ihesum xpistum filium eius unicum dominum nostrum. 3. est in spiritum sanctum. et dicitur eo. opatur ad suam operationem. quod opus est triplex. quia una est per quam dat nobis esse. et tunc est unus articulus. s. credo creatorem celi et terre. et si fiat in enunciatis. credo quod deus fecit celi. credo quod deus est creator celi et terre. 2a est opus diuine per quod dat nobis esse gratie. quod deus sanctificato. et tunc est articulus iste. credo sanctam ecclesiam catholicam. sanctorum communionem remissionem peccatorum. et si fiat in enunciatis dicitur credo quod deus sanctificat ecclesiam catholicam in qua est communio sanctorum. et remissio peccatorum. 3a est opus diuine per quam dat esse glorie. et tunc est talis articulus. credo carnis resurrectionem. uitam eternam amen. et potest in formari talis enunciatio. credo quod deus resuscitabit carnem nostram. et dabit nobis uitam eternam. et sic habemus ut 6. articulos pertinentes ad diuinitatem. Sunt autem alii 6. pertinentes ad humanitatem. unitam diuinitati. s. est incarnatio. et est quod conceptus est de spiritu sancto et nec natus ex maria uirgine. 2. est passus sub pontio pylato. crucifixus. mortuus et sepultus. 3. est. descendit ad inferos. s. expoliandos. 4. est. tertia die resurrexit a mortuis. 5 est ascendit ad celos. sedet ad dexteram dei patris. 6. est inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos. et sic sunt in ti sunt. 12. articuli. sunt ueritates. de quo omnis continet in symbolo collecto. et oppositio ab apostolis. quorum quilibet posuit suum et apostolum primo potest. et id dicitur symbolum. ab in quod est simul et bole quod est sententia. quia sit una sententia de fide catholica. i. uni uersali et generali. [Petrus posuit istum articulum. credo in deum patrem omnipotentem creatorem celi et terre. [Andreas sub unum. et in ihesum xpistum filium eius unicum dominum nostrum. [Johannes dicit qui conceptus est de spiritu sancto natus ex maria uirgine. [Jacobus dicit passus sub pontio pylato crucifixus mortuus et sepultus. [Thomas addidit descendit ad inferos. tertia die resurrexit a mortuis. [Jacobus minor dicit ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis. [Philippus dicit inde uenturus est iudicare uiuos et mortuos. [Bartholomeus dicit credo in spiritum sanctum. [Matheus dicit sanctam ecclesiam catholicam. [Symon dicit sanctorum communionem remissionem peccatorum. [Taddeus dicit carnis resurrectionem. [Mathias dicit uitam eternam amen. Et per hoc patet ad argumentum. quod non dicitur quod nos artem credere. quod hoc est solum uoluntarium. sed dicitur artare. quod credere est artare in unam sententiam indiuisam. uel dicitur quod supposito esse uoluntario artat quod credendum. si uis peruenire ad salutem.

Octaua quod utrum sit necesse credere eaque possunt probari. probari. Responsio dicendum quod necesse fuit et c. sic ratio ea quam sunt fidei. tamen illa quam possunt persuaderi. uel probari. quam illa que nulla ratione. nam possunt probari. per tamen. patet quod ut cum ho perueniat ad cognitionem diuine ueritatis

nam scientia ad quam pertinet probare diu esset. et alia huius quam possunt probari per rationes. ultimo adscisset. quod multa presupponit adscisse. et sic nullus perueniret ad fidem. non sciret quod omnes scias. 2o ut cognitio dei sit certior. nam multi sunt quam sunt duri. et non possunt non solum omnis scias. sed neque unam. scias esse. et similiter habent alias occupationes. temporales uite. et id est quod proponat sibi per modum fidei. 3o propter certitudinem. quod id humana ratio dubia est. ut transcat est ualde incerta. cuius signum est quod philosophi opponunt ad inuicem per suas rationes. ut agunt esset indubitata. et certa cognitio de deo. apud homines oportuit ut eius diuina narrata crederent per modum fidei. tamen ad eos dicta que mitti non potest. propter hoc non superfluit fides. et dicit quod posset per rationes probari. immo gratia actiones. omnis agere tenet dicit pietati quam non respicit magis ignitudinem. d. 29.

Vedas adacced de sufficientia fidei ad salutem. et c.

Habet d. 29. et quia quod per utrum in symbolo apostolorum sufficienter contineat ea quam tenemus credere. et in quo non quod si sufficiat ibi expressa. ergo alia duo symbola sunt superflua. quod non est dicendum. Item credere penas eternas est necessarium ad salutem. sed illo non continet aliquid de penis eternis. Item credere corpus xpisti cum sit maxime difficultatis est miroruin. et tamen non est in positum ad hoc. Item sic dicitur est omnipotens ita est infinite et bonus et sapiens et sic de aliis. quod tamen non est in sic omnipotens. Et dicitur fides tota iusta est domini humanitatis sed quibusque modis continget considerari. xpistus recipit. i. ergo est sufficienter expressa. quod omnis notitia de deo. est uel ipse uel in sua operatione. tamen in ipso quam in ea sunt et c. ergo et c. Responsio dicendum quod sic contingit doctrina aliarum scientiarum. sic de doctrina fidei. sic autem de scientiis. quod quedam sunt prima magis implicite omnia que sunt descendentia in illa continentur. sic patet. e. metaphysica quod omnia prima reducuntur ad maxime per se notum. quod non est affirmare et negare idem. simul et de eo fidei quod omnes articuli reducunt ad aliqua prima credibilia. s. quod credidit dicitur esse. et prudentiam habere de hominum salute. quod sunt de dictamine iuris naturalis. ut id non sit actus fidei de eis. propter eorum eminentiam manifestam. sed bene est actus fidei de conclusionibus ab illis elicitis. quo ad illos quos nesciant talia elicere. unde. xi. ad heb. dicitur. oportet accedentem credere quod est. et quod inquirentibus se remunerator est. i. istis autem duobus implicite omnes articuli continet. quod in esse diuino includitur omnia quam est in deo eternaliter existentia. quibus nostra beatitudo consistit. in prudentia autem continet implicite. omnia quam temporaliter ad deo. dispositione facimus sunt facta ad salutem hominum. quod sunt uia ad nostram beatitudinem. quod autem ista sit deum est supponere. et id non oportet repetere. et sic illi. 12. articuli multa alia continet implicite. nam in ipso multa continet. s. sapientia et infinitas. unde anglus qui uoluit prelationem incarnationis possibile allegauit se. non est quod idem ipse ab deo dicitur esse ubique. unde quantum fideles fuerunt remotores a xpisto tanto habuerunt fidem minus explicatam. et c. totum implicatum. sic dicit apostolus ad hebreos. xi. longe autem eas aspicientes. sed dicit apostolus dicitur. accepistis autem per missionibus. unde quanto ad apostolos uero tanto minus distincte apparet. i. physicorum. dicitur est ergo ad quod est. pro pleno ibi continet. Ad. i. argumentum dicendum quod alia symbola non addunt sed explicant et exponunt. propter nouas heresis quam surrexerunt. Ad. 2. dicendum quod eterna pena

dicitur intelligi in articulo de uero. in remuneratione. uel ad iudicium quod iudicatur est uiuos et mortuos. i. bonos et malos. Ad 3. dicendum quod corpus xpisti non est articulus fidei. sed sacramentum fidei. pro utrum continet in speciale miraculum corporis xpisti. potest reduci ad omnipotentiam operantem miracula. uel si aliquos ad unitatem ecclesie. et peccatorum remissionem. Ad 4. dicendum quod omnipotens includit sapientiam et ipsius bonitatem. et omnia quod si una tali conditio dicitur non sit expressa. Credo quod utrum omnes teneantur credere istam fidem explicite. uel sufficiat credere aliquos articulos. et uidetur quod sic quod non uitatur malum nisi cognitum. sed quilibet tenetur uitare malum errorum. oppositi cuiuscumque articuli. ergo nullus potest uitare nisi cognoscat. sed tenetur uitare omnes. ergo omnes cognoscere. Item quod pauca sunt quam hic possit facere. sed in quo in tanta multitudine. ponere. ex per stat salutis. ergo et c. Responsio dicendum quod omnes homines tenentur scire ea. sine quibus non potest esse salus. illud autem est fides sicut dicit apostolus. impossibile est sine fide placere deo. sed aliter est in credentium sequentes ad uetera. et precedentes. quod potest tibi sufficiebat credere mediatorem per cui uirtute liberaret a peccato originali. aplicat autem per fide eum mitra quam indigent suis. quam in fide contingunt eidem. sed aliquam maiores hic credebat implicite quo ad nos. sed explicite quam ad minores sui temporis. de huius uero quam sunt per aduentum. et sciendum quod non omnes equaliter tenentur. quod doctores et prelati tenent non solum scire per se sed et per aliis ostendere. minores autem sine totali explicato ne saluant. tamen principales articulos. solempniter sciat explicite. nisi sine contemptu pro salute possunt tales articulos ignorare. de aliis autem sufficit quod implicite credant quod maiores credunt. quod boues dicit arare et asine pascebantur iuxta eos. hic tamen est necessarium quod non poterint credere omnia alia apostolorum nisi facere sceptrum. Ad argumentum dicendum quod non uitat malum nisi cognitum uerum est. si tale non cognoscat in particulari. sic tamen in generali. dispensat quod est quod credidit fides ecclesie. tamen bene dicitur quod quod aliud nouum de fide. ut moreris quod non sit credere in persius inuestigare. si hic tenet fides catholica. ab huius quos sunt esse sufficientes. hic docet deus ac per suam misericordiam semper prouidet aliquos. tales quibus potest homo querere. Quod utrum fides cum quam ad nos decreuit. Et quod non uidetur quod sic. quod plus cognoscit de fide moyses. p. aduentu xpisti. quam antiqui patres. sic patet. exo. 3. nomen meum adonay non indicaui eis. ergo et c. Item quod quedam scielat patres illi sciebat angeli. sed angeli multa per modum addiscere. ab ecclesia. quod prius nesciebant. sic dicit apostolus. ut innotescat potestatibus et principibus multiformis sapientia dei. Contra. omnes quod est uel est in pretero. sunt plus uero de futuro. quod sicut modo est uero. xpistum fuisse passum. sunt uero esse passurum. et sic de aliis. ergo non est addere. Responsio dicendum quod fides esse multiplicata dupliciter intelligi potest. s. uel noua additione. uel noua explicatione. per modum non est multiplicata. sed solum 2o modo. quod multa sunt hodie explicata de incarnatione et redemptoris. puta incarnatio et passio. et similia quam prius erant implicata. quam iuno. quod tunc sufficiebat credere redemptorem futurum. et non plus. et non sunt omnia.

i. parum ad intuitum quedam sub lege nec quedam sub lege scripta. et quedam tempore gratie. nam in omnium personis tenebant ad explicite. quam sine lege non tenebant. in natura. affecti non facit. alias talibus quod ad unam salutem pertinebat. illi uero quam sub lege scripta tenebantur credere quod et nisi perfectus mediator et redemptoris. ut est ut. est quod illi antiqui non. i.

ibi implicita explicata · sic dicit ugo de sacramentis · an
lege de actore credebatur · et ab eo salus et redemptio ex
pectabatur · per quem autem et quo complenda foret non cognosce
batur · exceptis quibusdam paucis quibus de speciali dono re
uelatum fuit · et ideo dicitur quod cuiuis quod ad explicatorum
et non quo ad actorem. Ad 1 argumentum dicendum quod argumentum
de explicatione et hic uero est et similiter dicendum est ad 2m.

Quarto queritur ad quem pertineat fidem explicare.
Respondeo dicendum quod ad illum pertinet explicare · ad quem
pertinet ea que sunt fidei determinare · specialiter ut ab
omnibus inconcusse teneantur · talis autem est summus pontifex ·
ad quem maiores ecclesie cause referuntur · ut dicitur
d. 93 · et luc. 22 · dixit dominus beato petro · ego pro te ro
gaui petre ut non deficiat fides tua · et tu aliquando
conuersus confirma fratres tuos · et ideo huius est quia una est fi
des catholica tocius ecclesie · et ideo per ierarcham tocius ecclesie
debet determinari · non tamen mutare potest statum articulorum · unde
dicitur · quod non addetis ad uerbum quod ego loquor uobis ·
nec auferetis · uerum tamen tenentur presbiteri consilium quere ab episcopis ·
et tunc synodus maiora cum presbiteris · di. 19 eodem · xxiv · illud ·
xxiv · q. 1 · quotiens · ideo inducta ad ea que sunt

Quinto queritur utrum ratio fidei diminuat meritum
fidei · et uidetur quod sic per gregorium in omelia · fides non habet meritum
cui humana ratio prebet experimentum. Contra · beatus petrus
docet inducere · et reddere rationem de ea que est in nobis fidei et
spei · 1 · canonica c. 3 · sed non moneret si meritum minueret
ergo etc. Respondeo dicendum quod actus fidei potest esse meritorius in quan
tum subiacet uoluntati · contingit ad adsensum · sed
contingit ad usum · ratio autem humana dupliciter potest se ha
bere ad uoluntatem · credentis uno modo ut precedens · quia non
habet uoluntatem nisi ratio adducat inmediatum · et tunc pla
num est quod diminuit meritum · sicut dicit gregorius · nam passio precedens
debet electis · uirtuosi diminuit laudem · alio modo
potest consequi uoluntatem · ideo credentis prompte · et tunc si que
habet rationes libenter audit · et tunc non minuit meritum
immo auget · quia forte non est aliqua ratio excludens totaliter
lux fidei latentiam · sed bene remouet impedimenta fidei
ostendens quod non est impossibile quod fides proponit · simpliciter ergo dicendum quod
ratio non diminuit rationem meriti · si ratio sequitur eo quod uo
luntas prompte adsentit · sine ea · si autem preueniat
et uoluntas non propter ea si propter auctoritatem diceretur pro
... non minuit rationem meriti caritatis · licet
aliqualiter diminuat de ratione fidei · per dictum patet responsio ad argumentum.

Sexto queritur utrum confessio fidei sit necessaria ad salutem
et uidetur quod non · quia primo illud sufficit ad salutem · per quod
homo adtingit finem uirtutis · sed per ipsius finis ista uirtu
tis fidei est coniunctio intellectus humani ad ueritatem diuinam
hec autem potest esse sine exteriori confessione · ergo confessio
exterior non est necessaria. Contra per exteriorem confessionem
fidei innotescat fides alteri homini et non deo · quia deo inno
tescat per interiorem · sed innotescere aliis hominibus
non est necessarium ad salutem non precedentibus et instruentibus.
ergo etc. Contra illud non est necessarium · per quod homo alios
scandalizat · immo et hic · 1 · ad cor. x · sine
offensione · estote iudeis et gentibus et ecclesie
dei · sed aliquando per confessionem conturbantur infideles · ergo etc.
Contra · ad ro. x · corde creditur ad iustitiam ore

autem confessio fit ad salutem. Respondeo dicendum quod ea que cadunt
sub precepto legis diuine sunt duplicia · scilicet affirma
tiua et negatiua · et cetera · ut alias dictum fuit · confessio
autem fidei cadit sub precepto affirmatiuo · ergo obligat
pro loco et tempore · et secundum alias circumstantias debitas · sed quando
dicit actum uirtutis esse uestitum et regulatum quando autem sit
non est cuiuslibet determinare per se · planum tamen est quod tunc esset
quando per suam taciturnitatem subtraheretur honor debitus deo
uel utilitas subtraheretur proximis · exemplum quod possit dici talis
qui non haberet fidem uel non esset una in quibus casibus est necessaria
fides uel huiusmodi. unde procedit argumentum quod hic probatur. Ad 1
magnum dicendum quod finis fidei sicut omnium aliarum uirtutum ordi
natur ad finem caritatis · qui est amor dei et proximi ·
et ideo quando honor dei subtrahitur · uel proximo utilitas
impeditur · et tamen non caritatem adulat. Ad 2 dicendum
quod licet homo non teneatur innotescere homini per fidem suam
quocumque casu uel loco · tamen quando fides periclitatur · non
ipse confiteatur · tunc bene tenetur · quia hic dicit per ipsum
actum. Ad 3 dicendum quod si fidei confessio generat turba
tionem absque utilitate fidelium · non est laudabilis pu
blice confiteri · sicut dicitur x. mt. 7 · nolite sanctum dare
canibus · neque margaritas uestras · spargere ante por
cos · ne conuersi disrumpant uos · sed si accidat casus si
dicit tunc est obedire deo precepto scandalo hominum etc.
illud quod dixi sinite et cetera angelus uel primum hoc huius si

Septimo queritur utrum angeli habuerint fidem · et uidetur quod non · quia cognitio fi
dei est enigmatica · sed nulla obscura cognitio ha
buerit · ergo nec fidei cognitio · probatur minor · quia tenebri
ose uidere est pena peccati · et tunc nulla erat pena
quamquam non est in mano et iadressum · sed contra accedere
secundum apostolum · xi · ad heb. angelis autem erat huius · et cetera
hoc · quia erat statim ascendenti ad deum · quod indige
bat fidem hic. Respondeo dicendum quod quidam dixerunt quod angeli
non habuerunt fidem propter manifestam dei cognitionem de
rebus diuinis · sed non uidetur hic esse bene dictum · quia obiectum fidei
ueritas prima non uisa · cuius uisio beatum facit uidetur
et fidei succedit · cum ergo angelis non uiderit per essentiam
quia ideo fuisse beatus manifestum est quod non huius uisiua
et intuitiua cognitio quam beatum facit · et ideo fidei excludit ·
ergo est necesse dicere quod per gratiam eis datam ad quam confirmati
fuit in eis aliqua inchoatio · spante beatitudinis · quae fit in
intellectu per fidem · et in uoluntate per caritatem · illud
autem formale obiectum fidei · cum faciat adsentire fidem
est supra omnem naturalem cognitionem fidei · circa tamen hominum quam
angelorum · unde cognito de futura beatitudine non dicitur si
ta · post tamen huiusmodi adde caritate datum · contingit autem ad ma
ta ipsi fidei · potuerunt sine fide cognoscere · per naturalem
cognitionem · contingit ad aliquos articulos · quia et tales fuit
ab aliquibus sunt dicti et ab aliquibus sciti · unde dictum est quod
homo et angelus habuerunt fidem de quibusdam diuinis · licet habuerint
cognitionem de multis quam nos ignoramus. Ad argumentum dicendum quod
non quamquam exemplo sui clara cognitio tollit fidem · sed solum
exemplo prime ueritatis · quam non hoc nec angelus habuit prius

Octauo queritur utrum christus habuerit fidem · et uidetur quod sic quia
non debuit alios docere quod ipse non plene habuit · quia ipse
cepit facere et docere · ergo cum ipse docuit fidem · ergo ipse ha
buit · unde dicitur 12 ad heb. quod est actor et consumator
fidei · ergo etc. Contra · fides est argumentum non apparentium ·

ergo ipse non uidisset nisi ei apparuissent obiecta fidei · quia summe est
cum ipse fuit beatus. Respondeo dicendum quod obiectum fidei ut dictum est
frequenter est prima ueritas non uisa · hic autem ueritas re
cipit speciem ab obiecto · et ideo posito quod res diuina sit uisa ex
cludit rationem fidei · christus autem omnia uidit · et ideo non habuit fidem
sed rem que succedit fidei. Ad argumentum dicendum quod sunt aliqui
uirtutes que de sui ratione important aliquid imperfectum · ratione sui sta
tus · et ideo christus contingit ad talem imperfectionem · fidem non habuit
sed illud quod est ibi perfectionis plene habuit · sed obiectum ad
dictum propter quod fides est uictoria · hereticus discredens alicui

Nono queritur · utrum discredens aliquem articulum · et alicui credens
habeat fidem saltem informem · et uidetur quod sic quia non est
potencior intellectus heretici quam catholici · sed catholicus
indiget habitu fidei · ad credendum quemcumque articulum
ergo si ipse indiget multo magis ille ·
Contra sicut unum peccatum mortale contingit caritatem · sic dis
credere unum articulum contingit fidem · sed ubi est unum peccatum mor
tale nulla potest esse caritas · ergo ubi est incredulitas unius
articuli nulla potest esse fides · ergo quod sicut sub habitu fidei
continentur articuli fidei · sic sub habitu grammatice continetur
sare facere latina · sed aliquis dicit hic grammaticam si sciat
facere omnia latina · dato quod sit aliquis qui nesciat facere ·
et similiter non est de illo · quod dicit quod omnes articulos · per quod
unum. Respondeo dicendum quod talis discredens unum articulum fidei
non habet fidem · sed est heretice consensum · et ideo est ipsam quia
species cuiuslibet habitus dependet ex formali ratione obiecti qua
sublata species illius habitus remanere non potest · fidei autem
primum et formale obiectum est ueritas ut in sacra scriptura
manifestatur · ex doctrina ecclesie · unde quamquam non in
haberet infallibiliter tali doctrine ille non habet habitum illius
obiecti · sed ea que sunt fidei alio modo tenet quam per fidem · sicut
si aliquis tenet aliquam conclusionem · non uidens medium illius de
monstrationis · ille non habet scientiam illius sed opinionem solum
sic ille qui non adheret doctrine fidei · sicut regule diu
ine sed dicit quod placet · et discredit quod non uult · iam non credit
quod illa doctrina dei · sed uoluntati uel soli sue adhe
ret · ergo manifestum est quod qui pertinaciter discredit unum articulum
non est fides in omnibus · sed doctrina ecclesie · et ideo hereticus est
eo quod sue opinioni inheret pertinaciter · si autem non pertinaciter
inheret sed solum male credit · non est hereticus dicendus
sed errans · unde augustinus dicit · errare quidem possum hereticus esse
non possum. Ad primum argumentum dicendum quod intellectus heretici non est
potencior · quia illa que tenet non tenet per fidem sicut te
net fidelis · sed simpliciter inherendo proprie uoluntati dicenti ·
ad quod indiget humani adiutorio dei · sed ea que tenet te
net proprio iudicio · consensus. Ad 2 dicendum quod in scientiis
sunt diuersa media · per que probantur diuerse conclusiones · ideo potest unum
medium cognoscere · alio ignorato · sed non est sic in fide · quia
est solum unum medium · scilicet prima ueritas · propter quod credit omnia
que sunt fidei · Queritur utrum purificatio cordis sit effe
ctus fidei. Respondeo dicendum quod sic sicut patet per dam
bene potest actuum · 19 · quam dicit fide purificans cor
da eorum · quam autem dicit cor purificare sed est · quia
puritas cuiuslibet rei prouenit ex amissione alicuius non
in sit eius · exemplum quod argentum miscetur cum plumbo · ex qua

causa in eo aliquid peiorato non est sue · planum est autem quod
rationalis creatura est nobilior quamquam alia non rationali · et ideo
quando eis admiscetur per amorem · contingit infidelitatem et in
puritatem · quia se eis subicit · aqua infectione purgetur
motum separat · separatur autem ab impuro et accedendo ad pu
ritatem · recedit autem ab istis inferioribus · et accedendo ad
superiora · sed addendum in quo quidem motu primum principium est fides
per quam cognoscamus eum · propter quod dicitur quod accedentem ad deum
unde per eas sequitur effectus purificationis · inde terre
dicere ab istis · quod si purificat per caritatem perfecte est purga

Consequenter queritur de opposito ipsi fidei · scilicet de infideli
tate · Et queritur primo utrum infidelitas sit peccatum · et
uidetur quod non quia nullus peccat in eo quod uitare non potest · sed non est
in potestate hominis uitare infidelitatem · minor probatur
per 10 quod dicit ad ro. x · quomodo credent in quem non audierunt
etc. Contra · non sunt peccata mortalia quorum nullum est in in
fidelitas · ergo non est peccatum. Contra fides est uirtus · ergo eius opposita
est uitium. Respondeo dicendum quod hoc posito infidelitas potest teneri dupliciter
scilicet priuatiue uel negatiue · si teneatur negatiue
ut dicatur infidelis qui nec umquam audiuit de fide · tunc non est
peccatum sed pena peccati · quia est quedam ignorantia diuinorum conse
cuta ex peccato primi parentis · quando autem sic est infidelis ·
dampnatur propter alia peccata que sine fide non remittuntur ·
et non propter infidelitatem · unde iohannis 12 dicitur si non uenis
sem et locutus eis non fuissem peccatum non haberent quod
augustinus exponens dicit quod intelligitur de peccato · quod non credere
in xpistum · si autem intelligatur contingere priuatiue ea
scilicet quod repugnat fidei · uel ipsi contempnit · sic dicitur
ps. 40 · quis credidit auditui nostro · et hoc proprie stat in
fidelitas · et tunc est peccatum mortale · sicut probat ratio per istum
pro. Ad primum argumentum dicendum quod illa ratio probat ut de te
net illa pro negatiue et tunc non est peccatum. Ad 2
dicendum quod immo superbia infidelitas · ut est peccatum est sub su
perbia · quia non uult se subicere regulis fidei · et sano in
tellectu primum · uel dicendum quod uirtutes theologice non reducuntur
ad uirtutes cardinales · quia sunt priores sic et uitia
eis opposita non reducuntur ad uitia uirtutum cardinalium ·

Secundo queritur utrum infidelitas sit maximum omnium peccatorum ·
Respondeo dicendum quod omne peccatum formaliter consistit in auersio
ne a deo ut dictum fuit in l. 2 · unde tanto est grauius
peccatum · quanto magis per ipsum homo separatur a deo tale autem
est infidelitas · quia non solum non habet cognitionem de deo · per quam
ei possit appropinquare immo quod peius est habet de deo falsam
opinionem · per quam elongatur ab eo · hoc autem est intelligendum
de genere suo · bene tamen potest esse aliquod peccatum grauius ex accidenti.

Tercio queritur utrum sint plures species infidelitatis · et ui
detur quod non quia quotiens dicitur unum oppositorum · et reliquum
1. top. sed fides est una sola species · ergo et infidelitas est una ·
nam formale obiectum fidei est unum · a quo recipit speciem · licet mul
ta credat · et sic obiectum infidelitatis est prima ueritas
licet multa discredat. Contra sicut dicta hic est tot species quot
habet modos · cum infinitis modis contingat errare a diui
sa aliquis errare · iam erunt species infinite · et tunc non
erunt considerande. Contra unicuique uirtuti opponuntur mul
te species uitiorum · quia bonum contingit uno modo · malum uero multi
pliciter · secundum dyonisium · et philosophus 2 ethicorum · sed fides est una uirtus ·
ergo etc. Respondeo dicendum quod cum uirtus consistit in hoc quod adtin
gat aliquid cognitionis uel operis humane · adtingere at

ē uno m̄· circa unā mā· ſ; arēgl'a diuerſe ɔtig' mltiplicat· ⁊ hē cā q' un' uēnti mlta uitā op nūt. h aūt diuſitas deuiatōniſ· pot ɔſidrari dupl' vno m̄ ɔ ɔiuſaz hitudīo· ad ūtutē· puta ſ; dſcīu ul' habūdātia· 2° m̄ ꝑ gruptōz diuſoꝝ q' reqrūt ad ūtutē· vn pictagorica dixit malū ēē infinituz ſi g° infidelitas ɔſidret· put renitit fidei· h pot ēē aut nō dū ſuſcepte· ⁊ tal' ē infidelitas paganoꝝ· aut iā recepte inſigā· ⁊ ſic ē infidelitas iudeoꝝ ul' iā actu recepte in manifeſtatōne ūitatis· ⁊ ſic ē infidelitas hētiroꝝ· ⁊ ſic ingnali ponūt d ei ēē· 3· ſpēs·

Et ſic de aliis ...

[illegible]

15 Etiam circa quaestiones pertinentes ad sacramenta quaeritur quaedam de materia circa sacramenta, puta confessionis, scilicet de peccatis quae sunt materia confessionis. Et quaeritur utrum si aliquis beatus resuscitaretur possit peccare. Et videtur quod sic, quia omnis homo in hac vita vivens potest peccare, sed ille esset talis etc. — Contra: nullus praedestinatus potest damnari, sed iste est praedestinatus cum iam videret Deum, ergo non potest damnari; sed qui non potest damnari non potest peccare. — Respondeo dicendum quod impossibile est hominem beatum posse cadere a statu suae beatitudinis quocumque loco vel quandocumque acciderit eum variari contingat, nam utique sunt Deum videntes et in essentiam … Unde cum peccare sit ab illa voluntate aversum, sicut Augustinus dicit quod peccatum est spreto incommutabili bono rebus commutabilibus adhaerere, impossibile est quod aliquis possit non velle id incommutabile bonum ex quo cognitum tenet; nam naturaliter fertur appetitus in finem cognitum sicut lapis deorsum, ideo non potest non ferri ad se nisi violenter ab alio ab actu inhiberetur. Hoc autem impossibile, quia nullum bonum etiam cognitum tamen inhibet quantum finale bonum, immo sunt aequivoca bona, et quasi mala in comparatione illius. Malum autem a voluntate sub ratione mali non appetitur, et planum est quod id quodcumque bonum minus quam finale esset malum; nam minus bonum nomen mali ad se suscipit, secundum Augustinum. Unde nullo modo potest beatus averti a fine sic. Patet non solum de homine Christo viatore et comprehensore, sed etiam de beato Paulo, qui postquam Deum vidit raptus usque ad tertium caelum peccare non potuit, sicut ipse testatur ad Romanos dicens: Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio an angustia an persecutio an fames etc. Unde si Paulus solum per hoc quod Deum viderat non habitualiter et mansive sed transeunter solum dicit se esse taliter firmatum quod nulla delectatio vel cruciatio poterit eum separare, multo fortius dicendum est de illo qui fuisset beatus, et etiam dato quod sit ei reddita in corpus ad vitam, quod credendum est quod Deus nulli faceret nisi cum tanta certitudine et adhuc maiori per quam … talis esset beatus quam fuit Paulus cum quanta stabilitate ipse Paulus. Et ideo dico quod talis esset taliter sociatus Deo quod non a Deo recederet. Si tamen auferret ab eo non solum habitum quo beatus est formaliter sed etiam totam memoriam illius, ita quod esset oblitus, tunc oportet aliter dicere, quia iam non esset beatus. — Ad argumentum dicendum quod illa est falsa: omnis vivens in hac vita potest peccare, sicut patet de beata Virgine et beato Paulo, et multo magis de isto qui ponitur fuisse beatus.

16 Item quaeritur utrum aliquis religiosus possit servare vota regulae suae existens in aliquo peccato mortali commisso post suam professionem, quia aliter esset oppositio in adiecto, scilicet quod quis non servando servaret. Et ut melius intelligatur ponamus casum: dato quod quis fecisset homicidium et nondum est absolutus, utrum talis possit in tali statu servare obedientiam, paupertatem et castitatem. Et videtur quod sic, quia unum peccatum uni virtuti opponitur; ergo sola illa virtute illi peccato opposita excepta iste potest se exercere in aliis virtutibus; sed talis professio est solum de aliis virtutibus, puta castitate etc. — Contra: observatio talis professionis facit hominem perfectum, sed nullum peccatum mortale stat cum perfectione, ergo etc. — Respondeo dicendum quod sicut patet 2 Physicorum, ita est in moralibus sicut in naturalibus. In naturalibus autem sic est quod omnis actus est a forma; unde ab alia forma habet cultellus ignitus quod faciat hanc actionem incisionis, et ab alia habet quod faciat actionem adustionis, sicut patet per Damascenum libro 2(?). Hic autem sic est quod quaelibet virtus habet suam propriam formam per quam facit ipsam voluntatem talem operationem debitam illi soli virtuti, ut fidei est proprium credere et nullius alterius, et continere ita est proprium castitatis quod non est fidei, quod patet quia multi sunt fideles et non continent, et econtra. Non ergo plus requiritur ad actionem eliciendam nisi forma et habens formam, sicut calor et calidum per calorem sufficiunt ad calefaciendum si est calefactibile. Sic et est quod aliquis habens habitum castitatis potest abstinere a coitu secundum gradum illius castitatis; sic et aliquis habens formam vel habitum humilitatis potest alteri voto parere; sic et habens habitum temperantiae potest abstinere ab omni superfluo; superfluum autem voco habere proprium nisi in aliquo casu. Unde solus simplex usus rei temporalis est illi necessarius. Haec autem omnia potest voluntas talibus habitibus informata. Nec istos 3 actus potest elicere vel ab eorum contrariis cavere per solum unum habitum, et simpliciter vellet facere; oportet quod aliud ad eum addatur per quod informata id proprium illius virtutis faciet. Puta si vult illa opera dirigere in finem aliquem, oportet quod habeat aliquem habitum per quem cognoscat de illo fine; ut si finis infra facultatem naturae, potest esse prudentia, cuius est dirigere agibilia et operabilia in finem. Ideo tales habitus ad hoc quod habeant rationem virtutis moralis ut moralis est, oportet quod habeant illam virtutem per quam reponuntur in illa specie, quae est prudentia; nam moralia sortiuntur nomen et speciem a fine, sicut patet in Ethicorum. Prudentia autem sic diffinitur: recta ratio agibilium in finem. Si vero quis velit opera talium virtutum dirigere in finem excedentem facultatem naturae, oportet habere aliquem habitum per quem cognoscat illum finem, et talis dicitur fides. Unde exemplum ponitur de sagittante, quod oportet praecognoscere signum, aliter numquam dirigeret ad debitum terminum sagittam. Unde praedictas virtutes habuerunt philosophi, sed non secundum(?), eo quod fide dirigente eas in talem finem caruerunt; ideo non veras virtutes habuerunt, secundum Augustinum contra Iulianum(?), quia virtus vera sine Deo nescitur(?). Unde cum sola fide potest quis dirigere sua opera in finem debitum qui est supra naturam. Si autem quis plus velit habere, plus oportet ponere, sicut apparet de illo qui vult mereri, quod ab alio habitu habeat ipsum dirigere supra id quod dat fides sub debito modo. Unde apostolus ad Corinthios dicit: Si linguis hominum loquar etc. Et ideo si quis vult esse in esse perfectivo et meritorio, oportet quod habeat illam formam per quam quis reponitur in illo esse, propter quod dicitur ibidem quod si illam formam non habeo nichil est in esse meritorio. Ergo si tu quaeris utrum aliquis possit servare aliquam regulam in peccato mortali existens, dico quod sic, quia esse in peccato mortali est esse non informatum caritate … Unde potest se exercere in actibus omnium virtutum, sicut bene patet per apostolum de Helia et martyrio et aliis; sed non potest se exercere in actu illius virtutis qua caret, scilicet caritatis, per quam solam habet mereri, quod patet non solum per apostolum sed etiam per philosophos, qui fuerunt valde praeclari in virtutibus paupertatis et castitatis, ut se occidi permitterent potius quam vellent perdere castitatem, et tamen nichil eis profuit quia caritatem non habuerunt nec fidem, sicut dicit Augustinus De civitate Dei … de quinto Lucio et Torquato consulibus. Unde planum est quod quis potest non solum non contravenire suae professioni, immo et potest actus illarum virtutum elicere absque caritate, dato quod illae sint virtutes vel saltem similitudines virtutum. Unde cum esse in peccato mortali sit idem quod carere caritate, iudicandum est ab eo quod potest quis servare regulam suam existendo in mortali quantum ad genus operis, sed non quantum ad intentionem mandantis, idest quod meritorie quo ad vitam aeternam sibi prosit. — Ad argumentum dicendum quod minor est falsa, scilicet quod talis observantia professionis facit observantem perfectum; immo sola caritas facit hominem perfectum, quae sola dividit inter filios regni et filios dyaboli. Unde Gregorius dicit et Augustinus quod qui non habet caritatem nichil habet, et qui habet omnia habet. Nec quis vocatur perfectus nisi noxium et punitione dignum in illa regula, sicut dicitur de Iudaeis servantibus mandata Dei atque cerimonias, quod qui servaverit et fecerit vivet in eis, idest non occidetur per poenam impositam transgressoribus.

17 Postea quaeritur utrum quis peccet accipiendo lucrum commune sibi et socio pro quanto plus laborat quam socius eo ignorante. Et videtur quod talis non peccat sic faciendo, quia dignus est operarius mercede sua, et unusquisque propriam mercedem recipiet secundum suum laborem. Sed talis non accipit plus quam sit lucratus; ergo id est sibi debitum, accipere quod sibi debetur absque culpa esse. — Contra: nullus debet nec iuste potest sine peccato defraudare socium suum, sed iste sic facit etc. — Respondeo dicendum quod in tali actu iste contingit offendere dupliciter, sicut dicit Deuteronomium: Iuste quod iustum est exequeris. Unde non solum quis offendit quando facit quod non est iustum, sed etiam dato quod faciat quod iustum est, nisi id faciat iusto modo. Et ideo dicitur iuste tunc quis iustum facit quando actus suus transit sub debito modo, puta quando cognoscit suam …, sed tunc facit iuste quando id facit cum debito ordine et modo. Sic ergo ad quaestionem: quod iste facit quod iustum est eo quod id sibi debetur ex suo labore, sed non tenet iustum ordinem, nam pacta huiusmodi societatis servanda sunt de iure naturali. Et ideo quando isti sociaverunt se ponendo pacta quod omnia lucra essent communia, tunc quilibet cessit iuri suo quod haberet in lucro per eum facto … Ideo non potest sine peccato in facto se iudicare in illo lucro distincte in quo est particeps. Ideo debet debito ordine servare, scilicet prius monendo illum socium quod … laboret; aliter si non facies, ego non … medio lucro. Si autem ille non se emendat, extunc sit ei sicut ethnicus et publicanus, separando se ab illa societate si potest sine scandalo. Si autem non potest, tunc frangenti fidem fides frangatur eidem. Unde ex quo nullus tenetur ei iustitiam, potest ipse iure naturae et humano quod sibi debetur accipere. Unde ius naturae dicit: Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines et vos facite aliis, et exponunt sancti, idest quod rationabiliter velle debetis. Planum est autem quod ille si esset bene ordinatus non deberet velle lucrari ex parte proprie, et velle partem aequalem cum illo qui laborat et ipse non. Nec obstat pactum, quia pactum tenet secundum intentionem paciscentium rationabiliter se obligantium. Propter quod illo recedente a fide, de iure naturae non debet ei teneri fides, ex quo socius eum praemonuit et se emendare non curavit, immo decipere potius voluit. Iura autem volunt potius favere se defendentibus quam aliena rapientibus. Et per dictam patet responsio ad utrumque argumentum, quia ille non decipit nec laedit proximum suum sed tuetur se ipsum.

18 Quis iuste condempnatur … Item quaeritur utrum sine peccato possit vir … possit se absentare cum bonis suis nisi prius persolvat. Et videtur quod sic, quia quilibet potest conservare quod suum est … sed iste sic facit etc. — Contra: dominus potest transferre dominium bonorum servorum suorum pro quanto est eis dominus; sed iste est per suum demeritum factus servus talis communitatis quam offendit; ergo talis communitas dominus potest transferre bona illius; ergo ex quo iam transtulit et dominium commutavit id applicando fisco, non potest ab alio auferri sine peccato, ergo etc. — Respondeo dicendum quod ius et potestas super huiusmodi societatem pacifice regendam a Deo est, et ideo nulli licet ei resistere debito ordine procedenti, sicut apparet ad Romanos 13: Non est potestas nisi a Deo; propter quod concludit itaque quod qui potestati resistit Dei ordinationi resistit, et ipse sibi damnationem acquirit. Sed dupliciter contingit resistere: uno modo ad faciendum contra executionem iustitiae sententiam, et tunc planum est quod talis resistens habet iniustum bellum, eo quod exequens habet iustum, et tunc indubitanter peccat. Alio modo contingit resistere non se offendendo in statu, et isto modo non credo quod talis peccet, quod patet per hoc, scilicet quod nullus quis condempnatur ad mortem non tenetur se occidere nec capienti obviare, immo potest et debet iure naturae quantum potest suam vitam providere tueri cum moderamine inculpatae tutelae, sicut idem praecepit Exodi: Longe esto ab homine potestatem habente occidendi et non vivificandi. Ad hoc nam inclinat resistere contrariis rebus et se abesse(?) … et non solum in nobis sed etiam in brutis et rebus insensibilibus. Tale autem desiderium naturale rectum est et a Deo nobis impressum. Ergo si licet fugere … desiderium mortem, et si divinum praeceptum debemus longe esse ab homine potestatem habente occidendi, non video quare talis non possit etiam fugere res suas et non in loco manere in quo expoliretur, sicut non tenetur stare in loco ubi occidatur. Unde si quis esset condempnatus ut permitteret se mori fame, non credo quod peccaret si occulte inveniret panem comedere; nisi enim panem sumeret se ipsum occideret. Unde in legibus dicitur quod licet quis aliquod ius acquirat super aliquam possessionem, nisi accipiat corporalem possessionem non dicitur habere completum ius, extra de praescriptionibus … potior est conditio occupantis … possessio quae … ff. de acquirenda possessione. Et ideo licet talis communitas incipiat habere aliquod ius in bonis talis hominis iuste condempnati, non tamen habet plenum dominium et completum nisi accepto corporalem possessionem, quod fit quando mandatur executioni sententia lata … Et quia sic est quod ille prius quam habeat ius et corporalem possessionem nondum administrat, non tamen peccare si stat in sua possessione quousque non mittatur foras per illum cui est commissum. — Ad argumentum dicendum quod minor est falsa, quia iste non contrectat rem alienam ut alienam, sed ut suam actu, sed potentia alienam nondum in actum reductam, licet potentia reduci.

19 Item quaeritur utrum sine peccato possit quis tacere peccatum quod fecit quando requiritur a suo iudice, unde forte non potest per testes convinci. Et videtur quod non teneatur id dicere, quia nullus debet alium infamare, ergo multo minus se ipsum … sed talis sic contra se ipsum infamaret si diceret contra se id quod non possit probari etc. — Contra: nullus debet mentiri pro quocumque damno, sed si iste non diceret quod fecit peccaret denegando, ergo etc. — Respondeo dicendum quod aliud est veritatem tacere et aliud est falsitatem proponere … non tenetur quilibet in omni casu veritatem dicere sed potest eam tacere, sicut patet de Christo, qui non respondit ad multa interrogata coram Herode et postea coram Pylato. Unde sicut Christus qui non fecit id unde accusabatur non peccavit non dicendo, sic non videtur quod talis peccet non dicendo quod fecit, nec videtur quod quis teneatur aliter iudici respondere nisi de illo crimine de quo infamia praecessit vel probatio semiplena. Unde quando iudex non habet unde ipsum possit arguere, male facit ipsum artando. Ideo talis sic artatus potest per appellationem subterfugere vel alias vias subterfugiendo providendo invenire, non tamen aliquam falsitatem apponendo vel dolum. Nam solum tribus modis proceditur ad correptionem peccatorum, scilicet per accusationem, et tunc debet procedere in scripto; 2o modo per denuntiationem, et tunc debet procedere caritativa monitione; 3o modo per inquisitionem, et tunc debet procedere clamosa insinuatione. Nec aliter debet quis in correptione procedere. Ergo cum in tali casu nulla istarum causarum sit, non videtur quod dicatur sic suus iudex nisi de facto, cui non tenetur obedire, nisi appareret, sicut dicitur extra de accusationibus, c. Qualiter et quando. Ideo videtur esse dicendum quod si tale sit crimen quod nullo modo sit accusatum vel denuntiatum vel infamatum, non videtur pertinere ad talem iudicem. Unde … non est consuetudo Romanis condempnare aliquem hominem priusquam is qui accusatur praesentes habeat accusatores locumque defensionis accipiat ad abluenda crimina quae ei obiciuntur. Et tamen differentia inter accusationem et denuntiationem, quoniam in accusatione attenditur punitio criminis, sed in denuntiatione emendatio fratris. Sic ergo dico quod non licet alicui falsum dicere, sed bene licet veritatem tacere quando iudex transgreditur suum officium, quia in hoc non est suus iudex, sed sicut in aliis quae possunt probari. Unde nullus est iudex occultorum nisi qui scrutatur renes et corda. Alia solum sunt in hiis quae probari possunt saltem per duos testes, quia non est datum nobis de occultis iudicare. Extra … immo etiam si constaret centum testes … sententiaret, pro eo quod iura sunt promptiora ad absolvendum quam ad iudicandum, sicut patet extra de probationibus, Ex literis. Cum ergo ille talis non sit infamatus, non debet se ipsum infamare, sed simpliciter tollerare per patientiam vel appellationem eo quod indebite gravatur. Aliquando tamen dicitur quod potest dicere non feci, scilicet ad id quod ad tuum officium pertineat; unde de die illo et filius hominis nescit, scilicet vobis revelandum. — Ad argumentum dicendum quod ille non mentitur sed providet se

tuetur. immo esset crudelis negligendo famam suam. sic scriptum est curam habe de bono nomine. videre restat quam sit culpa etc.

20 Deinde quaeritur utrum licitum sit mercari. et videtur quod non. quia quilibet tenetur cavere a proximi lesione. sed ille talis non cavet sed potius committit lesionem. ergo etc. probatur minor. quia vel ille vendit iusto pretio vel non. si iusto tunc non vendit plus quam emerit. si iuste emit alioquin lesisset vendentem sibi prius. si autem vendit iniusto pretio tunc committit peccatum iniustitiae commutativae. quod si non licet ut patet 5. ethicorum.

Contra. quod non invenitur esse prohibitum intelligitur esse concessum. sed hoc non prohibetur in iure. ergo etc. Respondeo dicendum quod quaedam fuit solempnis opinio et quod in contractu emptionis et venditionis oportet servare equalitatem. ita quod emens non potest rem omnino non mutatam. nec ratione status vel loci vel temporis vendere. et si vendit iniustus est. et equalitate non exaltet per ignorantiam quia facit involuntarium ut patet 3. ethicorum. hanc autem probat per chrysostomum super illud matthaei 21. eiciebat omnes vendentes et ementes de templo. significans quod homo mercator numquam potest deo placere. et ideo nullus christianus debet esse mercator. aut si esse voluerit de ecclesia proiciatur. ego autem dico omnibus vobis quod non est negotiator quicumque rem suam compositam (?) ut non rem integram et immutatam vendat. sed ut opus faciat ex ea. ille non est negotiator. unde talis non vendit rem sed suum artificium. plus quam emerit et sic non est mercator sed faber vel operator. simile etiam dicit super 1° matthaei 21. dicitur mercatores etc. hanc etiam sententiam videtur tenuisse raymundus in summa sua. quando dicit de quibusdam autem qui videlic cassiodorus super psalmum: quoniam non cognovi literaturam etc. quid est aliud negotiari nisi velle comparare et carius velle distrahere quos omnes tales dominus eiecit de templo.

Salva tamen pace istorum non videtur esse involvendos in sententia dampnationis omnes mercatores. nec apud eos ad sonet quia sonat apud nos istud nomen mercator. immo dico eos esse laudandos et utiles rei publicae. unde consilium sapientis salomonis prius ulterius: gustavit et vidit quia bona est negotiatio eius. et non extinguetur in nocte lucerna illius. immo plus dico quod non ipsa sua sponte in nocte lucerna illius. immo plus dico quod non ipsi sua sponte adhuc deberet esse sollicitus gubernator rei publicae aliquos muneribus et precibus allicere vel etiam praecepto arctare. et si sufficeret se non possent regere de illo lucro in praecepto cum sua familia deberent eis providere salarium idoneum de fisco. ne deficerent atque per hoc victualia et alia utilia haberent infirmi et non contingeret inveniri. unde dico quod licitum est tale lucrum moderatum ut congruentia miliorum circumstantiarum scilicet loci temporis personae et fortunae et consilium idoneum. ad hunc enim vocatur vera non punctuale sed tunc et filium idoneum. Item quod licitum est hominibus se dedere quod est circa victum usitum pretium. infra quod licitum est hominibus se dedere quae est circa decipientis. non quod decipere sonet sic male sicut quidam accipiunt quia tunc non liceret. sed decipere vocatur esse medium iusticie commutativae ad pre... propter quod si ultra contingat dicitur non tenere contractum. sed vel resarciri punctuale. quod si talis mercator vel ad supplementum agere et hic fuit bene ordinatum quia si tale medium punctuale esset de necessitate salvo vendentes et ementes cum in... sit valde varia. dicendo sic bene valet et alius non credit vel sic. tunc quilibet esset in scrupulo et periculo dampnationis nec aliquis certus esset utrum teneret vel non. propter quod bene dicitur.

Ad argumentum in oppositum dicendum quod ille non laedit proximum sed sua iura defendit et propterea unde si ille nullo accipiat sine aliquo dubitatio sic et ipso facto de eme... dicendo unde cum opposita sit narrata sicut est item quilibet qui emit dispendio partis se exponit. unde si emi equum quo florem statim potest mori. ergo si teneo quod non possum et ante quam expendam ad in... emo non lucrari. immo valde bene. Ad illud autem chrysostomi dico quod id potest intelligi de christianis clericis. quibus est iniunctum talem mercatores et negotiatores. sic praecipit apostolus ad timotheum dicens nemo militans deo implicat se negotiis saecularibus ut placeat ei cui se probavit. unde extra de postulando. clericum. dicitur quod clericos et monachos est opprobrium velle videri peritos forensium disceptationum. et alibi dicitur quod turpe est clericis lucris intendere.

21 Deinde quaeritur utrum servus vel clericus possit sine peccato retinere quod dimittit se de pecunia domini sui. et videtur quod non. quia nullus potest dare rem alienam invito domino. ergo ille non potest dare bona ecclesie sue. nec ille bona domini sui quando committat furtum. Contra. tempore necessitatis omnia sunt communia. ergo potest accipere de rebus ubicumque sint. Respondeo dicendum quod facere elemosinam omnibus licitum est. immo tempore necessitatis praeceptum est. ergo cum bona ecclesie sint pauperum factores autem sint prelatores et veri yconomi debent in futuro moderatas elemosinas sic facultates ecclesiae. et sic hoc possunt illi qui sunt extremi de quibus est verum non constat utrum vere sint indigentes. magis potest facere sibi tempore extremae necessitatis. sicut est dico de servo. cui est commissa rerum administratio nisi dominus absolute prohibuisset. tempore autem necessitatis quando aliter non potest omnia sunt communia et potest facere elemosinam sibi et aliis. ergo cum redimere sit species elemosinae ergo licet. unde ab omnibus ponitur ille versus: visito poto cibo redimo tego colligo condo. unde in talibus casibus debet talis factor vel servus dicere quod ille cuius bona custodit si sciret non deberet sibi claudere viscera misericordiae. sed faceret sibi quod vellet sibi fieri iuxta praeceptum domini omnia quaecumque vultis quod faciant vobis homines et vos facite eis. et dato quod ille nollet male faceret. ideo tunc potest facere praecepto numinis quo omnia sunt communia propter caritatem quae nulli claudit viscera misericordiae. sic ergo patet quod ille potest se redimere.

Ad argumentum dicendum quod ille non accepit alienum invito domino. immo debet credere quod dominus velit. et si dominus proclamaret non vult. quod velle debet vult tamen dominus universorum cuius omnia bona sunt quia domini est terra et plenitudo eius.

22 Deinde quaeritur utrum in tali necessitate possit pater vendere filium suum. et videtur quod sic quia filius est possessio patris. sicut servus est possessio domini et pecunia. sed quilibet potest de sua possessione facere venditionem. ergo etc. Contra. servus imperatoris. imperator non potest facere de libero servum absque eius voluntate. ergo multo minus pater patri. sicut etiam lex ut proponens dicebat quod si talis venditio fiat non tenet contractus. ergo etc. Respondeo dicendum quod pater potest filium vendere tempore necessitatis secundum leges civiles. c. de patribus qui filios. l. 2. distraxerunt. et etiam secundum iura canonica. in tantum obligatur filius patri quod non potest aliquis in subtrahere se ab eo et occasione divini cultus tempore necessitatis. unde sic diffinivit concilium generale decretorum 30. q. si quis filius parentes et maxime fideles deserverint occasione divini cultus hic iustum esse iudicantes et non patri honorem debitum parentibus reddiderint ut hic ipsis venerent quod fideles sunt anathema sit. immo etiam si esset infidelis pater. debet filius eum proponere cuicumque extraneo vi... ro sancto quo ad ea quae sunt necessitatis. et obligatio divini praecepti. sic nisi est in potentibus ordinatis quod inferior non potest revocare neque derogare superiori. sed bene econverso. unde cum omnia divina et nova reli gionis sint sancta et introducta ab hominibus non possunt infringere divinum mandatum quo subiecit filios parentibus. sic patet quando christus reprehendit phariseos de talibus suis statutis. nam dicitur dominus honora patrem tuum et matrem tuam. sed vos dicitis munus quodcumque est ex me tibi proderit etc. unde ibi arguit eos quia docebant servare traditiones hominum et dimittere mandata dei. unde absolute dico quod pater potest et filius debet obedire. et si resistit dei ordinationi resistit et in dicium sibi dampnationis acquirit. est tamen notandum quod sicut pater non potest exheredare filium nisi ex certis casibus. et dando bona sua ecclesiae. et si facit de facto ecclesia non debet recipere. et si accipit debet reddere. sicut patet 1 a. q. ult. c. ult. quicumque vult exheredato filio heredem facere ecclesiam quaerat alterum qui suscipiat non augustinum. immo deo propitio neminem inveniet etc. sed utinam talescerent hodie ecclesiae etc. sic etiam dico quod filius in aliquo casu licitum quo ad aliquas actiones a patre. licet semper stet divinum mandatum. ut si pater faceret se servum alicui. tunc filius non potest a patre cogi ut contrahat sponsalia nec ipse potest pro eo. sed patet ad 32. q. 3. paterni. nisi hoc mandat alicui dicere. quod non fit hic ipsum praecepit in lege moysi. quod si filius vel filia ad deum voverit potestatem habebat pater revocare. numeri 30. si statim ut audierit pater contradixit. vota et iuramenta eius scilicet filii vel filiae irrita erunt nec obnoxia tenebitur sponsioni. eo quod contradixit pater. unde bene statuerunt iura videndo quod filius est res et possessio patris. et per hoc patet quod quod-

quando contrahat patri. nec obstat argumentum in contrarium quod imperator non potest facere de libero servum. ergo nec pater. et si fecerit non tenet. pro eo quod imperator non potest facere filium suum sed dicit. unde nascitur non sui iuris sed patris. illa autem lex loquitur quando pater sine causa debita vendet filium.

23 Consequenter quaeritur de peccato in motu sensualitatis. et quaeritur utrum debeamus irasci peccato alicuius. et videtur quod non. quia quilibet tenetur cavere ab impedimento suae salutis. sed ira et perturbatio impedimentum causa quae est formaliter nostra salus. ergo etc. Contra chrysostomus dicit sine ira doctrina non proficit. nec iudicia consistunt. sed quilibet tenetur habere id sine quo suum officium reddetur inutile. ergo etc. Respondeo dicendum quod sicut patet ex doctrina. opera nostra sumunt speciem ex fine sicut ait: facientibus cenam vel prandium. noli vocare eos qui reinvitent te. suple si vis in hoc mercedem vitae aeternae. sed voca pauperes caecos et nudos qui non habent unde te reinvitent. et pater tuus qui videt in occulto scilicet tuam intentionem reddet tibi. unde si quis vult videre utrum actio sit bonum vel malum. inspiciat intentionem finis et circumstantias eius et inde sumat iudicium. unde augustinus 9. de civitate dei. in disciplina nostra non tam quaeritur utrum pius animus irascatur sed quare irascatur. nec utrum sit tristis sed unde sit tristis. irasci non peccanti ut corrigatur. nescio utrum quis sana mente consideratione reprehendat. unde gregorius dicit. in moralibus. summo opere curandum est ne ut ira quae instrumentum virtutis adsumitur menti dominetur ne quasi domina praeeat. sed velut ancilla ad obsequium parata a dorso nunquam recedat. hoc ipsum docet philosophus 3. ethicorum. ubi docet adsumi iram velut instrumentum fortitudinis. fortes quidem ergo propter bonum operantur. furor autem cooperatur eis. Est ergo distinguendum de ira sicut gregorius 5. moralium. quod est ira per zelum et ira per vitium. ira per zelum perturbat oculum sed ira per vitium excaecat. non autem debet obmitti propter aliquem et modicam duraturam turbationem tantum bonum. quando nec operatur ira per zelum sicut patet de finees. quod sine hac ut allegatur est per chrysostomum super 1° matthaei. qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. sine ira nec iudicia stant. nec doctrina proficit nec crimina compescuntur. et de ista dicit psalmus irascimini et nolite peccare. unde talis actus est naturalis ipsius potentiae irascibilis. sicut dicit ieronimus irasci est hominis. iram autem per vitium quod nullo modo debemus adsumere. immo si accidat quod eam debemus resistere. sicut docet apostolus sol non occidat super iracundiam vestram. et haec est illa de qua dicit salvator quod qui irascitur fratri suo reus erit iudicio. quod tamen potest exponi quod erit peccatum mortale. unde iacobus ira enim viri iustitiam dei non operatur. super quod dicit gregorius quia dum turbata mens iudicium suae rationis exasperat omne quod furor suggerit rectum putat. ubi docet duo remedia contra eam dicens. duobus autem modis possidere animum ira consuevit. primus est ut mens sollicita nequaquam agere quod licet incipiat donec omnes sibi quasi facti potest contumelias proponat. quatenus redemptoris sui probra cogitans ausa se praeparet. ut semper hic cogitans semper contra hic tonace patientiae muniatur et quicquid ad versus sibi improvidus superet. et quicquid non advenerit lucrum putet. 2us modus est ut cum nostra delicta aspiciamus quod alieno sic excessus. et quibus in alios excessimus cogitemus etc. unde patet quod debemus contra peccantes irasci. alioquin incipiat consentire eam. sicut ambrosius dicit consentire est tacere cum possis arguere. isto modo fuit in suis christus irasci contra vendentes et ementes dicens: zelus domus tuae comedit me.

Ad argumentum dicendum quod talis ira non impedit caritatem. immo extinguit cupiditatem. sicut patet 1. de civitate dei per augustinum. sed illa ira quae est per vitium et non per zelum. unde impedit et de illa intellexit.

24 Consequenter quaeritur utrum malum totaliter corrumpit bonum. et videtur quod sic. quia haec sunt contraria quorum unum corrumpit aliud unde mutuo se expellunt. Contra augustinus dicit quod malum non potest totaliter corrumpere bonum. ergo etc. Respondeo dicendum quod duplex est malum scilicet culpae et poenae. culpae autem malo correspondet bonum. sicut dicitur in textu. quod malum bonum. Est malum culpae non est aliqua entitas. sed privatio alicuius debitae bonitatis moralis. nomen mali accepit. hoc autem malum non debet stare per aliquam suam substantiam sed per nomen sanatorem. ut dicit 12. de civitate dei. natura scilicet sua sibi. quia tale malum non potest esse nisi in aliquo ente quod continet cum bono. nec cognoscitur per suam speciem. sed per speciem sui boni oppositi. sicut dicitur de silentio et tenebra. unde tale malum non est ens sed privatio entis. non habet causam aliquam efficientem sed deficientem. ex quo patet quod talis non est aliquis effectus. quia omnis effectus vere veram habet causam. unde sicut de malo quod quaerit patet quod sicut privatio tollit totaliter habitum. sic tale malum tollit totaliter bonum formaliter sibi oppositum quod habitum suum non quod tollere dicatur aliquam actionem sed praesupponit aliquid agens scilicet voluntatem. voluntatem non complentem suam actionem in tantum actione deficit deficientem. applicatur malum id est carentia debitae circumstantiae. et sic alicui carentia non potest esse cum illius eiusdem praesentia. sic non potest esse quod malum huius sit cum bono sibi opposito. et sicut privatio est negatio in subiecto. sic malum huius oportet quod sit negatio alicuius bonae circumstantiae et aliquo subiecto cui non opponitur immo ideo fundatur. propter quod dicit augustinus quod hic fallit regula dyalecticorum quae dicit quod unum contrarium non potest esse in alio. non quod illa talis regula fallat sed quod illa talis exceptio est equivoca distinctio. nam id non est in suo opposito sed in suo extremo. sicut albedo est in isto pariete.

Secundum malum quod applicatur malum poenae semper habet causam efficientem aliquam entitatem sicut adustio in carne nostra in qua est nobis poena quae habet primam efficientem. ignem quae est aliqua entitas. et habet etiam efficientem naturalem quia quidem effectus vocatur operatio naturalis utilis et bona. si debito obiecto applicetur ut pani coquendo vel carni mortuae comestibili. si autem talis applicatio apponatur alicui carni vivae tunc est molesta talis appositio huic et dicitur poena. sed non simpliciter et absolute sed secundum quid. puta secundum huiusmodi patientem. sicut possum dicere panis si haberet intellectum quod esset sibi poena sua positio in clibano. unde talis positio a bono usu administratore non debet praetermitti dato quod non sit commoda huic male disposito. sicut nec praedicator debet praetermittere facere omne solem. dato quod quos oculos infirmos gravet. huic autem malo non opponitur non non ens per illam regulam quae dicit quod quando aliqua duo continentur adinvicem et eorum opposita similiter. ergo si ens et bonum convertuntur malum et non ens convertuntur similiter. unde si quis quaerat utrum tale malum corrumpat bonum. patet responsio quod sicut ens et non ens sunt contradictoria. sic malum et bonum sunt contradictoria. unde nullum tale bonum odit deus. quia nihil odisti eorum quae fecisti. unde augustinus dicit quod malum est privatio modi speciei et ordinis. non quod hic tamen sint tres res sed una secundum 3 suas considerationes. quae ubi magna sunt magnum est bonum. ubi parva parvum bonum. ubi nulla nullum est bonum. quia non est ens. ideo dicendum quod malum non corrumpit totaliter bonum omne. sed sibi oppositum formaliter per modum quem dixi. exemplum de albo et nigro. quorum unum corrumpit aliud non in esse sed in suo contrario scilicet calido et frigido. et sic est in proposito.

Ad argumentum dicendum quod augustinus dicit quod malum non corrumpit totaliter bonum. quia malum culpae non corrumpit bonum naturae. sed bonum moris ut dixi. et sic malum poenae non corrumpit bonum nisi sibi oppositum.

Deinde incurrat peccatum obmissionis quicumque non facit omne bonum quod potest. et videtur quod sic quia ille peccat peccato obmissionis qui non implet praeceptum adfirmativum. sed quicumque non facit omne bonum quod potest est huius ergo etc. maior est vera. probo minorem. quia dicitur in ecclesiastico quodcumque potest manus tua instanter operare. et alibi dicitur in eodem libro qui timet deum nihil negligit. sed ille qui non facit omne bonum quod potest negligit id operari. ergo non timet deum. Contra. omnia illa quae sunt de necessitate salutis continentur in praeceptis. quae cumque faciens homo habebit vitam aeternam. sicut dixit christus iuveni: si vis ad vitam ingredi serva mandata. ergo cum in non fiat mentio de omni bono faciendo. alioquin non reliquetur quod possit cadere sub voto. quod falsum est. Respondeo dicendum quod id est necessarium ad salutem sine quo vita aeterna haberi non potest. planum est autem secundum doctrinam christi quod omnis servans decem praecepta habebit vitam aeternam. quod non esset si teneremur facere omne bonum quod possumus. et hoc satis est probabile. quia non solum singula genera sed nec in genere singulorum esset nobis certum utrum possimus quod facere vel non. et sic quilibet esset in periculo perplexitatis. immo etiam quae facimus si quilibet teneretur facere ad quantum fervore possit. nullus igitur posset salvari. nec esset quis certus quantum possit intendere actum suum. nisi decem autem praeceptis misericordiae et dominus totius consolationis a sua creatura infirma tantum exigeret. unde augustinus dicit quod si quis dicat dominum ad faciendum quod impossibile est suadet quod dominum blasphemare. unde sic tractum est in arguendo. si teneremur omne bonum facere nullum esset consilium. nam ad consilium nemo

26

[illegible]

Quaeritur utrum sit ponere primum principium quod sic produxit alia et ipsum
non fuit productum et non quod sic quia dicit philosophus 2° metaphysicae
quod id quod est maxime ens et maxime verum est causa omnis entis et
omnis veri. Item omnis causa secunda agit virtute primae causae
sed multae causae agunt ergo oportet quod sit prima causa vel agat in
virtute primae causae. ergo est ponere primam causam. Item dico autem
quod duplex est agens cum motu et sine motu. sed agens sine
motu est primum principium. ergo est ponere aliquod principium primum. Quod
autem agens sine motu sit primum principium probatur sic.
agens est principium eo quod ipsum quod sine motu. oportet quod sit primum
quia si esset aliud causatum haberet aliquam causam primam. aut se et ipsum
esset causa secunda respectu illius. sed prima est illa de causis quod omnis causa secunda
agit in virtute influentiae causae primae. ergo cum sit tale
agens agere in virtute et motu illius primae causae et moveretur
ab illa. sed si in sua actione moveretur ab aliqua prima causa tunc

[illegible]

super 10. dicens quia potest sic verbum dei fieri sit quin per verbum dei facta omnia. ¶ Ad maiorem autem fidem faciendam infidelibus huius rei non est pretereundum quod istud verbum non fuit revelatum solum apostolis sed et aliquibus philosophis. Unde refert Augustinus x. libro de civitate 29. capitulo quod quidam platonicus dicebat hoc verbum aureis litteris conscribendum, et locis eminentissimis esse ponendum.

¶ Item ad hoc sunt et innumerabiles auctoritates sanctorum. Ad presens sufficiant due Augustini. Quarum una est in libro contra manicheos, ubi dicit quod voluntas dei omnium que sunt est causa, quia si habet causam est aliquid quod antecedit voluntatem dei, quod nephas est credere. ¶ Item alia est Augustini 3º libro de trinitate c. 4. voluntas dei est summa et prima causa omnium specierum atque motionum. Non enim fit quod non de interiore atque intelligibili aula summi imperatoris egrediatur. Id placuit namque philosophorum cum aliis causis attribuere, cum omnino videre non possunt causam omnibus causis superiorem, scilicet voluntatem dei. Hic est igitur primus modus deveniendi in notitiam existentie dei per scripture revelationem. Sed quia non omnes credunt revelationi scripture, ideo restat secundus modus cognoscendi per considerationem creaturarum dei.

¶ Est igitur 2us modus deveniendi in cognitionem existentie dei sive summi primi principii per rationis investigationem deductam ex rerum existentium consideratione, tanquam a posteriori. Quod quidem sic possit cognosci existentia dei sive primi principii patet per id quod dicitur sapientie xiii. A magnitudine speciei et creature cognoscibiliter poterit creator horum videri. Propter hoc dicit apostolus ro. i. Invisibilia dei a creatura mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque virtus eius et divinitas, ita ut sint inexcusabiles.

¶ Item dicit Augustinus xv. libro de trinitate c. quod ipsa universa rerum natura proclamat se habere prestantissimum conditorem et immutabilem.

¶ Item Augustinus xi. libro confessionum 2º [illegible] clamant celum et terra quod facta sunt. Mutantur enim atque variantur. Clamant etiam quod se ipsa non fecerunt: facta sumus quia mutata sumus. Se ipsa non fecerunt quia antequam fierent non erant ut a se fieri possent. Est autem vox dicentium ipsa evidentia. Tu ergo fecisti ea domine. ¶ Sumitur ergo duplex rationis genus ex rerum existentium consideratione. Una enim sumitur penes imperfectionis rerum conditionem. Secunda vero penes ordinis connexionem.

¶ Prima ergo rationis inquisitio ex consideratione rerum quantum ad imperfectionis conditionem que triplex invenitur in rebus, scilicet constitutionis vel compositionis / motus vel mutationis / permanentie et durationis. Ex hac autem triplici imperfectionis conditione triplex investigatur ratio qua probatur existentia dei sive primi principii.

¶ Prima autem ratio sumitur ex imperfectione constitutionis vel compositionis rerum existentium sic. In omnibus rebus universitatis causatis secundum philosophum in quibus differt esse et essentia sive quod est et quo est secundum [illegible]. In omni eo quod est in genere differt essentia et esse, et quod est et quo est, secundum boetium de trinitate et secundum methaphysicam avicenne (?) in idem actus et potentia. Sed constat quod omnia ex compositione aliqua constituta sunt. Sed constat quod non compositum habet existere vel componitur a se ipso. Propter quod dicitur 3. propositione libri de causis, quia non se ipsa composuit. Aliquin esset causa sui et esset prius et posterius se ipso, quod est contra communem animi conceptionem, ut idem dicitur. Constat autem quod omne quod componitur ab aliquo componitur et causatur. Unde

in principio libri de arte sic dicitur quod omnis compositionis causa separata esse debet. Non a se ut probatum est. Ergo ab alio, et de illo similiter queretur utrum sit tale compositum quod sic est causatum ab alio, et sic vel erit ire in infinitum vel erit ponere quod sit ab aliquo simplici quod non sit ab alio, quod sit suum esse, existentiam habens non aliunde. Sed hoc est primum principium, quia omne quod est causatum ab aliquo habet aliquid esse ab eo, ergo etc. Hanc rationem videtur facere avicenna dicens quod cum omnia que sunt in universo habeant esse et a sua essentia, preter quod sunt igne et imperfecta oportet ponere unum quod est super omne genus, quod est suum esse, a quo fluunt alia. Id autem dicit esse deum sive primum principium. Unde dicit quod deus est suum esse, et ideo non est in genere. ¶ Ex autem hac suppositione et implicibus sequentibus rationibus, scilicet quod in causis non est abire in infinitum, est communis suppositio omnium philosophorum moralium, quod generaliter tenet omnis philosophus et artes et scientia, quod infinita non sunt de arte. Unde dicitur in principio libri de arte sic quod nulli rei casus est et est potentie in infinitum ascendere, et philosophus dicit 2º libro methaphysice quod in causis motivis efficacibus moventibus et motis est necesse aliquid primum, et in non potest esse infinitas. Cuius ratio est quia si non esset primum non esset motum, quia secunda causa non movet nisi ut mota a prima, quia causa secunda agit virtute prime cause. Et ita si non esset dare primum principium, nullum esset posterius effectum, et per consequens non causa nec principium aliquod. Et sic non esset in causis imprincipiis ponere primum, nulla esset causa, et sic cause non essent cause et principia non essent principia, quod est absurdum et contradictionis implicativum. ¶ Item 2a ratio sumitur ex imperfectione motus seu mutationis. Omnes enim res universitatis sunt mobiles vel mutabiles, sicut dicit Gregorius libro moralium 29. exponens illud apostoli i. thy. vi. quod solus immortalitatem habet. Damascenus et doctores et philosophus i. libro 4. c. dicit quod omnia sunt mobilia vel mutabilia secundum naturam vel secundum electionem. Dicit etiam Augustinus super genesim 8. libro 20. c. quod omnis creatura mutatur, sed corporalis per tempus et locum, spiritualis per tempus non per locum. Omne autem mutabile reducitur ad principium immutabile, a quo movetur vel mutatur, sicut enim quod movetur ab aliquo movetur et ab immutabili. Unde dicit Augustinus super genesim viii. libro [illegible] movetur articulus stat manus, stat cubitus, movetur cubitus stat humerus, movetur humerus stat corpus, movetur corpus stat spiritus scilicet anima, movetur anima stat deus. Unde concedit spiritualem creaturam non per locum moveri, et quod deus omnino non movetur per tempus movet creaturam spiritualem. Cum igitur constat universa que sunt in universo moveri aliquo modo, oportet quod moveantur ab aliquo alio immobili omnino. Quia si ipsum aliquo modo movetur, oportet quod moveatur ab alio, et sic esset in infinitum. Ergo erit dare primum movens quod non movetur, et tale dicitur deus et primum principium. Et ex hac deductione et ratione et philosophus in pluribus locis. Sed autem ponit duplex agens, scilicet unum cum motu, et sic est agens omne creatum, et aliud sine motu, et sic est deus qui est primum principium. ¶ Item 3a ratio sumitur ex imperfectione permanentie et durationis, quod potest accipi dupliciter, scilicet quantum ad originem inchoationis et quantum ad defectum commutationis. Et sic potest ex hac imperfectione formari duplex ratio: prima ex origine inchoationis, secunda ex commutationis defectione. ¶ Prima ergo harum rationum formatur ex inchoatione originis sic. Omne quod est in mundo habet esse non ab eterno. Hac propositionem habet supponi quia infra queretur specialiter. Quod autem non est ab eterno non fuit semper, ergo aliquando non fuit. Sed quod non fuit non fuit

quando autem non fuit non habuit, ergo non sibi non alii potuit dare esse. Ergo si habuit esse habuit ab alio. Illud autem aut fuit ab eterno aut non. Si non, ergo habuit esse ab alio, et tunc similiter queratur de illo, et sic vel erit abire in infinitum vel erit dare aliquid primum ab eterno. Sed primum non potest dari, ergo dabitur 2m. Ergo oportet ponere aliquod primum principium eternum. Hanc rationem facit Ricardus 2º libro de trinitate c. 8. ¶ Item 2a ratio formatur ex defectione commutationis, quia res in se et per se suam permanentiam continere non valet. Omne enim quod a versione incepit in versionem tendit secundum damascenum 2. libro c. 3. et resolubiles sunt in nihilum. Ergo ex se non habent virtutem permanendi, sed ab alio conservantur. Vel ergo conservantur aut a suo principio, quia ab eodem causantur et conservantur. Ergo cum conservent oportet ponere illorum principium illi esse conservatum; ei autem esse si indiget conservari habet principium, et similiter de alio. Ergo vel erit abire in infinitum vel erit ponere unum quod non indigeat conservari. Hoc autem solum increatum secundum damascenum i. libro 3. Ergo tale principium oportet esse increatum, et ita primum. Hanc autem rationem confirmat per id quod dicit Hugo super [illegible] anglice (?) reparatione 2a vel prima parte: omnia inquit que sunt aliter subsistere non possent nisi ipsa divine bonitatis a qua omnia esse ceperunt, et [illegible] subsistunt divina potentie substentante. Dicit etiam Gregorius quod omnia in nihilum caderent nisi dei omnipotentis a quo creata sunt omnipotentia regerent. Item Augustinus 12. libro de civitate dei 29. dicit: efficacem potentiam suam si rebus subtraheret deus non poterunt in eo quod creata sunt aliquatenus permanere. Sic ergo patet primus modus deveniendi in cognitionem existentie primi principii sive dei per rationis investigationem sumptam ex consideratione rerum quantum ad imperfectionis conditionem. ¶ 2a rationis investigatio sumitur ex consideratione rerum quantum ad ordinis connexionem. Invenitur autem in rebus triplex ordinis connexio, videlicet connexio ordinis causalis productionis, gradualis proportionis, et ultimus gubernationis sive dispositionis. Et ex hac triplici ordinis connexione triplex procedit investigatio rationis qua probatur existentia dei sive primi principii. ¶ Prima ergo ratio sumitur ex connexione ordinis causalis productionis sic. In rebus universis est quedam connexio causalis ordinis. Unde dicit Augustinus v. libro de civitate dei 9º c. [illegible] voluntatem actionis, quod approbat Augustinus, quod in rebus causis est ordo causarum. Et ideo non sit causa esse [illegible] nisi precessit. Itaque in ordine quedam sunt que sunt effectus tantum, quedam que sunt cause et effectus, et est aliquid quod est causa et non effectus. Aliquin esset procedere in infinitum, quod est inconveniens ut positum est, vel esset ponere circulum causarum, vel quod idem causet se ipsum, et sic aliquid erit prius et posterius se ipso, et esset causa sui, quod est contra communem animi conceptionem. Hoc autem quod est aliorum causa et non aliunde causatum est deus sive primum principium. Hanc rationem ponit Augustinus v. libro de trinitate [illegible]: causa inquit rerum que facit et non fit est deus, qui est creator omnis corporis et omnis spiritus; ipse deus spiritus existens utique non causatus. Alie autem cause et faciunt et fiunt; alia autem fiunt magis quam faciant. Item Hugo libro i. de sacramentis parte 2a c. 20. hanc eandem rationem evidentia ponit. ¶ Item 2a ratio sumitur ex connexione ordinis gradualis proportionis sic. Videmus enim res ita graduali proportione dispositas esse quod alie sunt aliis meliores et nobiliores. Si enim essent equalia non essent, secundum Augustinum libro 83 q. xli. q. In hoc autem ordine sic necesse est

